

quarto), videtur ex Diodoro hausisse, qui hoc anno, eaque Evagore transactione impositum bello Cyprico finem tradit. Manifestum autem est ex Isocratis Evagore p. 398, et panegyrico p. 136, falli Diodorum in praescribendis ejus bellum terminis, quod longius prorogatum est, sive τετράδεκα, ut ait Isocrates.

Col. 336. *Teos*, Parmensis et primus Palatin. mss. *Teo*, rectius sine aspiratione, preferuntur: neque enim, ut Scaliger putat, per Θ scribitur in Greco, sed Τεός, ut et in Latino *Teos* scribi debet. Sed et Τεός inventire est scriptum, et Τέος apud Diodor. lib. xv, et Αιανον var. hist. lib. vi, quem locum consulendum Perizoum. Vide et Xenophontem in Agesilaō.

Col. 339. *Magni terrae motu*, etc. Prochronismus annorum septem, quem Scaliger notat, minime est dissimilans: siquid luculentissime testatur Pausanias in Achaeis cap. 25 terra motum, quo Helice delecta et Bura perculta est, contiguisse, archonte Athenis Asteo, olympiadis primæ et centesimæ anno quarto. Consentit et Strabo lib. viii, quem cladem hanc refert biennio ante pugnam Leuctramicam. In quibusdam mss. Elice non aspiratur: Scaliger Elica legit, et *Peloponnesenses urbes*: Salmasius, teste Schurzleischio, malebat *Peloponnesenses*. Porro nulla haec notior historia apud antiquos, quos laudare nihil interest.

Col. 344. *Prænestini a Romanis*, etc. Varia apud antiquos auctores hujus est facti epochas. Nonnulli ad primum huius olympiadis annum referunt, ex Livi narratione lib. vi, cap. 27; Diodorus et Paulus Orosius, quo laudat Scaliger, anno tertio subsequentes 104 ascribunt.

Col. 336. *Teos*, rex *Egypti*. Negat fugisse eum Scaliger, sed compendioso itinere per Arabiam ad Artaxerxem venisse, ut veniam ab eo, quem contra arma moverat, impetraret. Etrem quidem ita Diodorus narrat lib. xv, aliqui veteres Scaligeri laudati scriptores, ut revocare eam in dubium non liceat. Verum aliud videtur eo verbo Eusebius significare voluisse: fugisse scilicet Theum non ab Artaxerxe, et in Arabiam, ut ibi lataret, sed a Nectanebo, proprio filio, qui cum ad oppugnandas in Syria urbes Phœnicie missus fuisse, a patre descivit, eique struxit insidiā: atque adeo fugisse breviter per Arabiam via ad Artaxerxem, a quo non solum a noxa absoltus, sed etiam summum bellum contra *Egyptios* imperator creatus est, regnumque sibi a filio et rebellibus ablatum recuperavit. At

vero quod tempus spectat, non diffitemur, haec ex Diodori sententia in annum tertium subsequentiis olympiadis a chronologis vulgo conferri: sed mirum quam hec varie a Plutarcho in Agesilai vita, itemque Xenophonte et Cornelio Nepote narrantur.

Col. 336. *Artaxerxes*. Alias ipse Eusebius 27 ei tribuit, quod eo minus probatur: sed enim Scaliger dicam aliam Eusebii impingit, quod trienium solidum Artaxerxi Mnemoni abstulerit, contuleritque Artaxerxi Ocho (vult enim illum annos regnasse 43, non 40; hunc 23, non 26); Diodori nempe rationes hec sunt lib. xv, a quibus veteres tamē illi dissentiant. Quin ego contra ipsum Scaligerum sentio, secundum canonem Ptolomei, regnasse Mnemonem annos quadraginta sex, Ochum vero solos virginitatem.

Ibid. Solos Graeca penes Syncellum habent κ', 23. Proprius ad verum uno plus dicit Diodorus lib. xvi, sub finem.

Ibid. *Dionysius*. Auctor est Diodorus lib. xii et xv, quem et Scaliger laudat, vite terminum habuisse Dionysium, postquam annos duodequadriginta regnasse. Eadem aliorum suppeditatio est, quam et rerum series, et arreptus ab eo tyrranidis epocha, statim ab Agrigentinorum clade, verissimum probat. Quin ipse etiam Eusebius ante annos undequadriginta Dionysii initia posuit: ut verosimilium sit, jamdū olim corruptum a librarius Graecum ejus exemplar, et pro numeris notis A), fuisse hic 10 substitutum. Hieronymus, ut in eo erat, quem oculos habebat codice, ita est interpretatus.

Col. 335. *Aristoteles*. In Graeciis, uides, ε' dicitur, sive decimus septimus, quod et Laerius ex Apolloди chronicis lib. v, sect. 6, scribit. Ne autem potes cum Scaligero hic correctorum audacia mutatum numerum in 18 contra historię veritatem, etiam Dionysius Halicarnassensis epist. ad Ammœnum testatur, Aristotelem, cum Athenas venit ad Platonem, ὀποιασδέκατον ἦν egisse.

Ibid. *Alexander*. Non ait Eusebius, hoc anno Alexandrum Phœnum tyranidem occupasse, sed late inclarusse, gestis nempe pro instiuti sui ratione sclestissimis. Non erat itaque cur eum Scaliger de solidi quinquenni metachronismo reprehenderet, quod constet ex Diodoro, iam ab anno quarto olympiad. 102 invassisse Alexandria Phœnorum principatum; neque enim id est quod Eusebius notat. Falsum quo-

que est quod ab Diodoro Scaliger ehibit, Polydoro fratri, quem veneno sustulerat, Alexandrum successisse; Polydorum enim Polyphron frater necavil, Polyphron interficit fratri eius filius Alexander. Vide Plutarchum in vita Pelopidae. De olympiade porro ista 104, quam ἑπταετία censente Elei, suis annibus non ascripserunt, vide Xenophontem Hellenic. lib. vii, et modo laudatum Diodorum.

Col. 336. *Camillos*. Mira, ne quid plus dicam, Scaligeri confidentia. Fuisse autem isthac ab Hieronymo assuta ex historia Latina, cum manifesto indecio sint quia laudamus Graecam ex Syncello, Eusebium ipsum eam historiam attigisse. Sed hec sunt pauci: exprobant enim præterea fedissimum metachronismum annorum 24, quod hoc configit numero 1630, pulsus urbe Roma Gallis a Camillo dictatore tertium. Fallor, aut hoc agit de industria Scaligeri, ut auctoris nostri sensum invertat. Alia quippe est, que hic notatur historia, cum scilicet quintum, non tertium dictator dictus est Camillus (quod Livius narrat), deque Gallis quartum triumphavit. Plutarchus tunc eum ait annos natum prope octoginta, quod item Appianus refert: reliqua ejus pugne circumstantiae paulo alter ab aliis narrantur. Sed tempus quod spectat, satis bene consentit Eusebius Polybii lib. i, qui anno post Romanum captiō 30 dimicasse Camillum cum Gallis, auctor est. Livius autem, et qui eum sequitur Zonaras, seriu adhuc, et anno Urbis 392 rem gestam ferunt. Recentiores chronologi ascribunt annos secundo, aut iuxta aliorum rationes tertio olympiad. 103, ut etiam istorum malis probare calculos, non jam ille fedissimum anno, 24, quem Scaliger commentus est, sed facit in auctore nostro trienni, ut summum, metachronismus. Nec tamen hoc ipsum dabo.

Col. 335. *Demosthenes*. Hanc de *Eschine* periculum Scaliger prætermisit, quae quidem neque in Parmensi ms. habetur, sed est tamen in plurimo aliis cum editis, tum manuscriptis libris. Col. 336. *Ochus*. Omnino fuit in Graeciis Eusebii ἑπταετία, quemadmodum et Scaliger excludit, non ut Syncelliani codices preferuntur, quodque ejus verbi glossema est, μεγάλη ἑπταετία. Falsus est autem, ut Scaliger notat, s. interpres, qui putavit apodusnam esse urbem quamdam Judeorum, cum sit illud appellativum nomen, quod partem sonat. Ita quidem videtur: et haud scio num alia debet ratione quam ob scribendi siue dictandi properantiam excusari.

Col. 337. *Alexander nascitur*. Subsequenti anno, minus autem recte, ascribit Scaliger natalem Alexandri diem.

Col. 338. *Dio Syracuse interimitur*. Vitilitat Scaliger, opponens, aut hic prochronismo peccatum, aut numero 1660 metachronismo, idque utrobique biennii. Dionysius quarto superioris proximi olympiadis anno, non, ut male recentet Scaliger, primo hujus, Siciliis pulsus est: Dio hujusmet tertio interimitur. Si utrumque terminum includas, quatuor anni abeunt: est que hoc sensu accipiendus Cornelius Nepos, qui Dionis mortem refert quartum post annum, quam ex *Peloponneso in Siciliam redierat*. Addo, perperam esse in Parmensi atque alio apud nos ms. ut et editis vetustioribus *Dionysius*, pro *Dion*. Idem ms. *Hippianus* habet, pro *Hipporus*.

Ibid. *Herina*. Que huc spectant præoccupavit Schurzleischius. Hanc, inquiens, omnes libri *Herinnam* vocant. Neque sane lectionem damnaverint: ab Ἡρίνη enim fit Ἡρίνων, ut a φέρει derivatur Φέρνα. Eam ad hanc etiam retiluit etiam Syncellus. Plinius hist. nat. lib. xxiv, cap. 8, refert, Myronis statuari opera istam celebrazione: sed dudum annotarunt errorem, ut volunt, Plini, viri docti. Monumentum enim Cicade, a Myrone poëtia confectum, et ab Erina laudatum esse, divinavit, cum tale quid epigrammatis in anthologia lib. iii, cap. 14, legatur. Atqui illud epigramma ibi aliis, non Myroni, ascribultur. Deinde non video, cum temporis ratio minus obstat, cur Erina Myronis statuari monumentum Cicade non potuerit celebrare: Myro enim ille, ut et Plinius constat, olympiade 87 vixit. At quomodo Myro poëtia Erinnam predicare suis versibus potuerit, id vero est, quod non satis perspicio. Myro enim Byzantia, vel Homeri tragicū filia fuit, ut Suidas in μέλος vel mater, utidem in OMΗΡΟΣ opinatur. At Homerū ille, ut Suidas ait, olympiade 123, sub Ptolemeo Philadelpho floruit, adeoque ad numerum Abrahamicum 1737 referendus est. Unde patet, ultra 60 ad minimum annos Myrone Erinnam juniores esse, ab ea que, cum Ἡρίνων, παρθένος οὐσα ἐνεργεῖατες, ιταῖσθε, nullo modo videri potuisse. Sunt tamen, qui cum Th. Sizmano ad Rutillii Numantiani iterarium lib. i. vers. 47, Lipsio de magnitudine Romae lib. i cap. 2, Philippo Caroli ad A. Gell. lib. xi, cap. 6, et aliis, sub Pompei, aut circiter, avum, Erinnam vixisse asserunt.

Id si verum est, quomodo, queso te, Asclepia-

des poeta epigrammatographus, cuius scholiasta Theoritii meminit ad idyll. 7, quicque Berenice laudavit antholog. lib. iii, cap. 4, et Theoritio certe coœvus fuit, laudare potuisse hanc Eriniam, et ἵνεκαδέκατη obisse tradere lib. in antholog. c. 25. Sed rursus facset viris docti negotium locus Suidae, ubi de Erinna dicitur, οὐ τὸ τάχα Σαρπού, καὶ λόγονος. Cf. Fabricius, I. n. c. 17 bibl. Grac. tom. IV, vocabulum ἴσχος, cum non semper sequalem notet aliter hic accipendum putat. Scilicet, si id verum esset, Suidas vix addidisset, καὶ λόγονος. Hoc sane in aprico est, ipsum Suidam plane credidisse Eriniam sequalem fuisse Sapphonis, Sappho tamen iuniorum potius, non Eresian, videtur intellexisse. Suidae opus collectanea sunt. Quia igitur et Maximi Tyri dissertatione 8 ΓΥΠΙΝΝΑΝ Sapphos sequalem moverat, codicem fortasse depravato usus, Eriniam nostram esse putavat, aut si vera dixit, Maximum Tyrium exinde corrugandum esset docuit.

Col. 397. *Ochus Egyptum tenuit.* Distulit hoc Scaliger ad quartum hujus olympiadis annum, ut tempore Diodori cum Eusebio conveniret et de tempore, et de Nectanebi receptu in Ethiopiam. Sed non ea est in antiquis libris editis et mss. Eusebii ratio. Ad haec secundo anno olympiadis assignat anonymous sepe laudatus, qui et recentioribus chronologis probatur magis, et ad nostram recentiem propius accedit. Nihilo secus haec luxatione aliqua labore culpa librariorum videtur; nam que tertio ab hoc numero de Sidone subversa memorantur, Nectanbei receptum praecesserunt, et vel ad eundem annum pertinent, vel ad proxime praecedentem: Diodorus enim haec bella gesta per biennium refert.

Col. 398. XIII. *Arses.* Alias duos tantum ei tribuit regni annos Eusebius, Clemens tres, cum Diodoro lib. xvii: ita tamen ut tertio ipso anno imperii Bagoe scelere sublatus fuerit et vita. Hie noster Africanum sequitur. Rex autem alter antiquus appellatur, nam et Νέιρης Straboni, Οὔρης Plutarcho, Αριστοχας alii dicunt.

Ibid. XIV. *Darius.* Notum sub Codomanni cognomento. Scriptores plerique alii septem et regni annos clariuntur. Ceterorum eodem anno, quo Alexander Macedonum hic, Persarum imperium initit: prima scilicet olympiad. 111. Quanquam Egypti ab occupata Aegypto Alexandri primum auspicantur, atque ipse Ptolemaei canon ejus initia ex quinto anno repetit.

Col. 397. *Romani Gallos superant.* Accuratioes chronologii ad annum quartum praecedentis olympiadis hoc gestum referunt; Scaliger bienni duxit metachronismum hic notat.

Col. 398. *Dionysius.* Vere hic est bienni prochronismus, siquidem altero subsequentis olympiadis anno, consentientibus fere chronologorum filiis, Dionysius διονυσίος; Corinthum est deportatus. Vide Diodorum lib. xvi, Cornelium Nepotem cap. 6, Plutarchum, Elianum, Justinum, Valerium Maximum, etc.

Ibid. *Plato moritur.* Hermippus apud Laertium lib. iii, sect. 2, primo anno centesima octava olympiadis, Platone obiisse tradit: id quod pari consensu, tametsi aliunde initis rationibus, confirmant Phavorinus apud eundem Laertium, Cicero lib. de senectute cap. 12, Dionysius Halicarnas. Censorinus cap. 15, atque alii. Peccatum hic igitur apud Eusebium non bienni tantum, ut Scaliger putat, sed olympiadis solidae metachronismo, quem tamen imputare malum libraribus, quorum viito luxatae duas tres iste periochaevidentur.

Col. 398. *Dionysius Corinthum pulsus.* Discimus id ab Eusebii, neque enim alii prodidit: imo eum significant in projectissime vite sordibus, cum novissimo ludimagistrum profiteretur, in summi egestate animalm egisse. Vide panlo ante landatos auctores.

Col. 397. *Descriptio Rome.* Admonet Schurzfleischius legi in primo Palatin. ms. civium centum sexaginta quinque millia. Et censi, inquit, intelliguntur more veterum, qui centum millia in professione detulissent, ut notat Asconius ad Verrinas, qui et classici dicebantur.

Col. 398. *Speusippus.* Fortasse verius superiori anno Speusippus obitus assignatur. Scholam a Platonis morte tenuit annis octo, Xenerates viginti quinque. Laertius lib. iv.

Ibid. *Manasses.* Superiori proxime anno annectit haec Scaliger, que serius prestatbat recessuisse. Tum pluribus contendit, fuisse hunc Manassem Sanaballati generum ejus, quem Nehemias cap. ult. v. 29 memorat. Atque id quidem ipse etiam existimo a vero non abhorere: docebo autem mox, quo sit pacto accipendum atque explicandum. In hoc enim Scaliger sibi fucum fieri passus est a Josepho, et magno in errore versatur, ex eo colligens, Nehemiam vixisse adhuc tempore Darii ultimi, sive Codomanni, a enjus historie epocha ad hunc tempus anni ferme centum intercedunt.

Est igitur præsum opere animadvertisse, Sanaballati generum non a Nehemia quidem, sed a Josepho Manassem dici: et cum unus modo fuerit Sanaballatus, non, ut alii putant, duo, grandem tamen esse, quod temporis rationem spectat, Scripturam inter et Josephum dissensum ac pugnam. Scriptura enim sub Dario Notho Sanaballati Horonite filium matrimonio junctam uni de filiis Joadae pontificis summi referit: Josephus antiquit. lib. xi gestum id confert in Darii Codomanni tempora, et Jaddi pontificis: in quam sententiam cum aliis, tum ipse, ut vides, Eusebius concessit. Jam cum nemo non videat præferendam Scripturam auctoritatem, quis Sanaballatum Nehemiam dixerit, ad regnum usque Alexandri vitam protractuisse? Maxime si temporis intervallum a viescissim Artaxerxis Longimanii, ad quartum hujus ultimi Darii annum metimur, in quod certe duodecim supra centum anni abeunt. Notum alii ex parte, non absimilia quedam alia eodem libro Josephum contra veritatem peccasse, cui adeo in hac quoque historia fidem abrogare fecerat. Quimino et licet contra Josephum ex ipsiusmet narratione colligere, diu ante extrectum fuisse templum illud, non Codomanni scilicet, sed Darii Nothi temporis. Nam si Hierosolymitanum simile fuit, jamque exstabat, cum Hierosolymitanus Alexander invisit; rursusque si a Tyri obsidione ceptum est extruit, accepta per Sanaballatum facultate, omnino pro credere non est, tante molis opus potuisse octo plus minus mensum spatio exedificari. Non est itaque ferendum Scaligeri, qui neque id intellexit quod rei caput erat, neque certe levius quam alii in temporum comparatione peccat, et in eos tamen qui aliter atque ipse sentirent, conviccionis plausra congerit.

Col. 399. *Alexander.* Apud Scaligerum *Ilyrios et Thracas.* Confer Diiodorum lib. xvii, et Plutarchum in Alexandre, Arrianum lib. i, etc.

Col. 400. *Romanorum consul Mantius.* Contigit ante sex saltus annos, quem metachronismus et Scaliger notat, et Romanis historie scriptores evineant. Ad hec monet Schurzfleischius in aliquot mss. *Mantius* legi, pro *Mantius*, quod Graecam scripturam Mάντιος, atque interdum Μάντιος sapit.

Ibid. *Alexander.* Atque haec hausit ex Josepho Eusebii, quae tamen usque adeo certa non sunt: tacentibus enim haec alii plerisque auctioribus, sunt etiam qui aperte contradicant.

Arrianus lib. iii, cap. 4, Alexandrum, capita Gaza, recta in Egyptum contendisse, ac septimo die postquam inde profectus fuerat, venisse Pelusium narrat. De Andromacho, quem Syrie Corlae prefecerat, vide Curtium lib. iv, cap. 3 et 8. Parmensis ms. habet, *Andromacho custode renante locorum, quem posita, etc.*

Ibid. *Alexander... condit Parthenon.* Pleisque alii sexto ejus regni anno conditum Alexandriae illigant. Vide Solinum, quem Scaliger laudat, cap. 33. Adde Diiodorum, Plutarchum, Curtium, Arrianum, Ammianum Marcellinum. Faci eum Eusebii Syncellus, qui inde ad vice-simum secundum Cleopatrum annos trecentos numerat. In Parmensi autem ms. verba isthac ab Alexander, et septimo anno regni ejus, desiderantur. Reliqua quod et Scaliger notatum est, videtur Hieronymus ex Eutropi lib. ii adjeccisse, ubi de Latinis: *Bellum, inquit, contra eos suscepimus est, et ingenti pugna superariunt sunt, ad deis perditum triumphatum est. Status consulibus ob meritum victoriz in rostris positiv sunt. Eo anno etiam Alexandria ab Alexander Macedone condita est.*

Ibid. *Alexander obtinuit Babylonem, etc.* Atque haec tacet Parmensi ms. Alexander obtinuit Babylonem, etc. Otiosum esset expendendis hisce Alexandri gestis immorari. Scaliger in ea, que infra est, historia de conditu Paretoni, rem ponit ait ridiculam, et quam nisi qui geographiam sive chorographiam plane nesciat, permissum videlicet Hyrcanis et Mardis defellatis, reversum in Hammone Paratoton condidisse. Debuisse vero ostendere idoneo argumento, cum eo ab Hyrcanis reverti non potuerit: nam et illud, Paretonum atque Alexandriam eodem tempore conditas, nullo auctore pronuntiat. Pro Mardos, Palatini, quos laudat Schurzfleischius, mss. aliique vetustiores editi libri Medos legunt: quod librariorum mendum esse non dubito. Jam vero que proxime praecedit de Anaximene atque Epicuro periocha, eidem huic loco adfigitur etiam in Parmensi et Palatino primo mss. ut vulgatos plerosque taceant. Scaliger eam post quatuor annos ex aliorum codicium fide refert.

Ibid. *Alexander.* Atque haec hausit ex Josepho Eusebii, quae tamen usque adeo certa non sunt: tacentibus enim haec alii plerisque auctioribus, sunt etiam qui aperte contradicant.

Col. 400. *Harpalus.* Rescripsimus in Atticam,

ipso admonente in cursis posterioribus Pontaco,

cum antea perperam in Asian legeretur etiam

apud Scaligerum, cui tamen ipsa illa emendatio

loci subholuit. Quæ subnectuntur de victis Sam

nibus hoc numero probe convenire, ipse de-
mum Scaliger non diffitetur. Cætera confer Si-
gonium.

Col. 399. *Alexander moritur.* Superaddendi sunt septem aut octo menses ex aliorum auctorum consensu; nam et obisseis Alexandrum olympiad. 114, inquit Josephus contra Appionem, πάντας ὑπόλογος. Rectius proinde legi videtur in primo Palat. ms. 33 pro 32, ut et in *Babylone cum libris plerisque aliis pro apud Babylonen* Scaligeri. Neque obstat quod Dexitippus Syncello laudatus vicesimo annis anno imperium suscepisse Alexandrum tradit, et quod duodecim annos regnasse, communis opinio sit: Diiodorus quippe, Arrianus aliquo alii menses illis traxit ab ἡκάδῃ regni anni adiungunt. Ad haec Schurzeleius ait: *Mala*, et Theophilus chro- nographo p. 248 : 'Αλέξανδρος, inquit, Κρή την ἡεὶ λεῖ, διατάσσεις δὲ παντάς, εἰν τοις'. Nicephorus Syncello adiectus, p. 399 : 'Αλέξανδρος, αἴ, καθελὼν τὴν τοῦ Ηπείρου ἀρχήν, διατάσσεις ἡτοῖς' (*sic velut chronographi, qui sub Severo scriptis, apud H. Canisium tom. II antiq. lect. p. 600, Alexandre post mortem Darri amicis circiter septem imperasse docuit*), πρὸ δικαιοληπτῶν τῶν Δαρείων βασιλεύεις, γαῖν, ἦτορ τοι, καὶ ἐπειδὴ τοι Βασιλεὺος, οὐ φαντα, ἵππον λέ, οὐ δὲ θάλπον, ἄλλον λέ'. Hinc omnia multo distante intervalllo ab Eusebio, quem tamen sequitur Codrenus, qui, καὶ δὲ μὲν ιτεὶ τοσόντος, infit, κατεργάσασθε τὸν φίον μητρόληπτον, διοι καὶ διεσε γρύοντος, πρὸ μηδεὶς τῆς ἀργίας ἀπολέλαυτος, γνώσεις δὲ τὰ πάντα ἦτορ δὲ κατράκουντα. Annos 12 eum regnasse, plurimi autem consentiunt: 'Αλέξανδρος, οὐ Φιλόποιο καὶ Οὐρανοποιοῦ, Μακεδονῶν ἴνωντον οὐ τελετήσας διὰ τοῦ λγ̄'. Ex hoc loco possit primi Palatini lectione defendi, a qua nec abdilit Arrianus qui, τοι ποιειται? 'Αλέξανδρον πυ, τι fine, κέο δι, αἴ, διο κατράκουντα, καὶ τοῦ τρόπου μηδελάσθεντος ἀπολέλαυτος τοι τούτος τοι τὸντο μήνα, καὶ την τοι ποιειται? Qui plures veterum διωργούσι de his rebus nosse cupit, addat Stephanum epise. Oriol comment. ad c. 1 lib. I Macchabaeorum, et qui ex illo auctoris Macchabaeorum libri loco Alexandrum per 24 annos Macedonum imperasse contendit: Joannem Harduinum, chronol. v. t pag. 463. Vide et Samuel Petutum ad lib. II Atticas pag. 237.

Col. 401. *Lydiām et Thraciam, etc.* Notatum ante nos Scaligero ex Diodori lib. xviii, Thraciam quidem Lysimacho, non vero Lydiām, quae Meleagro tradita est, obligisse. Historia in veterum scriptis notissima.

Ibid. *Appius Claudius*. Hanc Scaliger periochan proxime superiori prepositus. Non autem diffitor satius fuisse tempus, quo Appius Claudius claruit, serius assignata, puta ad olymp. 117 initium, cum censor creatus est, quam dignitatem, ut Frontinus lib. II de aqueductibus narrat, multis tergiversationibus extraxit, donec et viam et aqueductum perficeret. Auctor libri de viris illustribus eum tradit toto quinquennio consumant continuasse.

Ibid. *Agathocles*. Debuit id ipsum, recte notante Scaligero, gestum conferri in ultimum subsequens olymp. annum, siquidem a Trojæ exilio ad annum, qui proxime precedit Agathoclis tyrannidem, bene supputat. Diodorus lib. xix, §. 16. *Ιάσονος θεμέλια* E. ann. 866.

Col. 401. II Cassander. Quidquid de metachronismo unius anni hic admisso Sealiger dicat, Eusebio satis bene cum Diodoro convenit, quem

videsis lib. xviii.
Col. 402. *Organi*. Græcis litteris habet Scaliger
'Οργάνων, qui et illud suggillat, cognomento 'Οργάνων
pro cui nomen 'Οργάνος. Vide Samuel. Petutum ad
ll. Atticas p. 312, Schurzfleischium quoque, si
libet.

Ibid. *Theodorus*. In Parmensi ms. et primo
Palat. haec de Theodoro δύοις desideratur.

Ibid. *Præstantes redigunt.* Legit Scaliger, *præstantes ad extreman servitutem sui redigunt*, quae incongrua ipsa quoque lectio non est. Videatur autem illud proprio tempus notare. Eusebius, quo sub jugum missi Samnitæ, atque ingeniadæ affecti sunt a L. Papirio Cursoro, hoc scilicet ipso anno ut Livius, Eutropius, et qui Capitoliños fastos sequuntur, narrant. Scaliger *τιτλοί*, Eusebius ita accipiens, ut finem belli contra Samnitias notaret, eum de prochronismis quadriginta octo annorum, aut saltem triginta juxta brevius Eutropii intervallo, reprehendit. Sed neque illa erat Eusebii mens, neque illud vocabulum aliud nota, quam sponte denique a Romanis Samnitias post longas et iniquas in terdum bellum vicestitissimum, maxime cum Romanis exercitus a Samnitibus interclusus ad Cam-

VALLARSHI NOTE.

bat, et Scaliger cum non intelligeret, sublata fide prætermisit. Pro eo enim quod Hieronymus interpretatur, *dissimile contra se præstantes*, Graecus habet Αράστων. Gorius verit p̄dōnum, in notis admonens, malle se eam vocem utpote superfluum expungi, concesse autem alias Scaligerum, rependendum esse Καλέσθων: nebrum ego probarim, sed aut οὐκέποιον, quod est, *pugna insuperabilium*, aut οὐκέποιον, aut quid simile, quod proprius ad mendosan scripturam literarum diutibus accedat, notet vero pugnandi animum, ferociamque ejus populi, substitui velim. Ceterum etiam vobis vitiis Scaliger pro Σχολίον, aut Σημειον, reuinuit.

Col. 403. Romani Mars... superant. Tempus convenit, si (quod est etiam verosimillimum) hi populi designantur, ubi ἄνδρες de Samnitibus triumphatum diecir in fastis Capitolinis. Ceterum in libro de viris illustribus Q. Fab. Maximo Rulliano et p. Decio Mure iv, qui annus est olympiad. 121 secundus, de Umbris, Marsis, et Tuscis triumphatum scribitur, nulla Samnitum facta mentione quemadmodum et Cicero lib. ii de finibus, et Florus, et Orosius laudatus Sealignero, narrant.

Ibid. Romani colonias deducunt. Et sane, ait Scaliger, hoc anno Luceriam deducat scribit Velleius, et paucis annis interjectis alias quam plurimas. De Lysimachia, que prius Cardia dicebatur, vide Pausaniam in Atticis cap. 9.

Col. 404. *Ab hoc loco, etc.* Laudatum Norisium
denuo recole. Aliter supputare videtur Eusebius

deinde recede. Ante suppeditare tamen Macchabaeos
in demonstrat. evang. codem interpretat. S. Hiero-
nymus in comment. In Daniel. cap. 9, ubi:
*Quo, inquit, tempore Seleucus subjugata Babylone,
diadema totius Syriae et Asiae, exponit suo imposita,
anno duodecimo nortis Alexandri. In quod tempus
supputantur omnes anni a Cyri imperio, ducenti
quadrageinta octo.* Hac ratione Seleucidarum era
ab insegnatis saltem anni mense tisi initium
diceret. Sed neque conspirant inter se primi et
secundi libri Macchabaeorum auctores; ille enim
nianus, ut diximus, iste a tisi mense inchoat;
Ptolemaeus a subsequente thoth, qui et Chal-
deorum annis hebreos vocat. Sed prestat ab No-
bius hunc discopem.

Col. 403. *Cyprum Ptolemæus invasit*. Biennio ante gestum hoc referunt Diodorus, aliisque quorum rationes et Scaligero probantur.

Ibid. *Demetrius Phalereus ad Ptolemæum veniens*.
Græca quidem non nominant Ptolemæum, ad
quem sane non ad impetrandam democratiam

Journal of the American Statistical Association, Vol. 33, No. 191, March, 1938.

Atheniensibus sed muto post ab iisdem per summam injuriam capitatis damnum Demetrius profugit, ut Laertius et Strabo testantur. At non ego id Hieronymus de suo nomine illud sufficere perperam, ex quo falsam interpretationem, tamque alienam ab Eusebii mente eliceret, cum Scaliger pronuntiave ausim. Notat Eusebius gestum illud, quod istio nomine nimur anno confitit, cum Demetrius Phalerum ad cognoscendum Demetrum Antigoni filium (qui validis copiis terra marique instrutus, Piraeo capto, Athenas ibat occupatum) missus est ab Atheniensi populo, exorubatus, quam et impetravit, urbis *abrogavisse*, sinque incolumitate. Scripterit proinde etiam Hieronymus ad Demetrum veniens, pro ad *Ptolemaeum*, sed sciolus nonne, ratus Demetrii nomen viliose, quod usuenti, replicari, eo ex puncto, Ptolemaeum subrogavit: ad quem profectus est quidem Phalerensis, sed diu post, atque alia de causa. *Egypti* mentio, qui dicitur venisse etiam in Graecia, verosimiliter critici a iussum reddiderit: quamquam ille non in *Egyptum*, sed Thebas, ut petebat, cum comitatu dimisus est, ubi et ad mortem usque Cassandri mansit.

Col. 404. *Menedemus*. Discimus ex Laertio lib. iv, sect. 14, jam ante annos viginti duos supremum diem obiisse Seppiuspum, cui successit in schola Xenocrates. Et contrario Menedemus serius erat referendus; post annos enim ferme triginta, legationibus ad Ptolemaeum, Lysimachum ac-

Demictum claruit.
Col. 401. *Maechabæorum historia.* Differt hec
Scaliger in subsequente annum statim a Se-
leuci mentione et victoriæ Romanorum de Marsis
Umbris, etc. Certe ipse etiam Eusebius, ab anno
primo olymp. 417 æram Seleucidum auspici-
atur, quæ ab hijs anni mense nisan initium ducit
et qua auctor primi libri *Maechabæorum*, non
inter canonicos scriptores receptus, et Josephus
utuntur. Dicitur et Syromacedonum epocha, d.
qua videtur patriæ meæ deus immortale, Nor-
gium dissipat, 2. c. 1.

Col. 40. *Seleucus Antiochium.* Harum urbium historiam persequi, quod oboe Sealigna civitas nostrarum partion non est. Illud tamen non dissimilandum, injuria reprehendi ab eo Stephanum, quasi fucum sibi fieri passus sit, serbens Berceam Ciceronem significare. Commodius enim vero etymologia illa est a **στρατός**, quod aem, seu validum munitione adfertur ad eum. Exempla habes cum alibi, tuum **Επίστριτον**, dantem

vni, Estheri. Deductum inde $\beta\pi\gamma$ verbum in $\beta\pi\gamma\alpha\mu\sigma$ Palestina, ut testatur Hieron. epist. 63, ad Principiam, quo domus ex omni parte conclusa, et in modum adiecta turrum ac manum publicorum appellabantur. Graece $\tau\pi\alpha\delta\mu\sigma$.

Ibid. Seleucus. Alii ex antiquis Nicatura, ali Nicanoratum Eusebio vocant; alterum quidem vocabulum a victoriarum felicitate, alterum a devicto Nicanore, Medice duce, deducunt. Impulsu Scaligeri Appiani locus corruptus, ubi Seleuci imperium ab Alexandri morte orditur, eique regni annos 40 tribuit. Enimvero ibi, Syriacon pag. 208, quod et ante nos docti viri monuerunt, pro $\delta\omega$ $\tau\pi\alpha\delta\mu\sigma$, legendum omnino est $\tau\pi\alpha\delta\mu\sigma$. Dexippus quoque testis est, solos triginta duos annos Seleucum regnasse. Syncellus tamen in Grecoī $\lambda\gamma\mu\sigma$, $\tau\pi\alpha\delta\mu\sigma$ tres, quod et leve discrimen est.

Col. 403. Seleucus. Pontacus Babyloniam, quod regionis nomen est, in curis posterioribus rescribi jussit: Scaliger Babylonem, quod proprie civitatem sonat, retinuit: miratur adeo in notis, quod ali veteres scribant, potius Seleucum Babylonum anno 13 ab excessu Alexandri, unde sumitur initium epochae Seleucidarum a numero Eusebiano 1705, non ut hic est, 1715.

Col. 406. Demetrius. Putat Scaliger, aut Syncelli negligientia, aut ejus, qui cum descripsit, postrema haec verba quam *Perdico* construerat, de Grecis excidisse. Legit verbo ipse *construerat*, ut et *Samaritarum*, pro *Samaritanorum*. Historiam porro ipsam quod spectat, nemo est praeter Eusebium, qui tradat, Samaritanorum urbem tunc temporis a Demetria vastatam. Cujus ut velimus autoritatem acquiescere, cum Demetrii res tota hocce anno et subsequenti bellis gerendis in Grecia detinenter, possumus Eusebium nostrum sic interpretari, ut per suorum quicquiam vassalat ab eo tunc Samaritanorum urbem dixerit.

Ibid. Legati Alexandrini. Atque id probe notatum Scaliger, Hieronymum haec ex Eutropio lib. n descriptisse: Legati Alexandrini a Ptolemaeo missi Romanum venire, et a Romanis amicitiam, quam petiverunt, obtinerunt. Hieronymus autem impo-
nuisse ait nomine similitudinem; neque enim Ptolemaeus Lagi hic erat, sed Philadelphus, qui primi regum Aegypti per legatos amicitiam populi Romani et petit, et impetravit. Est adeo, ut in rege hallucinatio, ita et in serie temporum prochronismus: atque si quidem quinque soldarum olymp. non trdecim modo annorum, ut Scaliger sentit, siquidem C... Fabricio, sive

Fabio, Luscino, aut Licino, et C. Claudio Canina coss. gestum hoc est. Vide Val. Max. lib. iv c. 3, Livii epit. lib. xiv.

Col. 405. Menander comicus. In Scaligerana editione precedentis proxime anno ascribitur, quo scilicet proprius absit ab anno tricesimo secundo Ptolemaei, quo dicitur Menander obiisse in veteri inscriptione, quam Gruterus quoque refert. Mihi placuerit et contrario in sequentem proxime differri. Vide Fabricium bibl. Graec. lib. ii, c. 22.

Ibid. Romani Gallos... superant. Triumphum notat M. Curii Dentati de Lucanis, Tyrrenis, et Sabiniis, apud veteres scriptores Florum, Orosium, Frontinum, Velleium, atque alios; longe notissimum laudabo Florum: *Populus Romanus, a Latinis lacessitus, agressus est gentem Sabinorum, qui immemores facta sub T. Tatio affinitatis, quodam contagio belli se Latinis adiunxerunt. Sed Curio Dentato consule, omnem eum tractum, qua Nam ambili, fontesque Velini, Hadriatico tenus mari, igne ferroque astauit. Quovictoria tantum agorum redactum in potestatem, ut in utro plus esset, ne ipsi quidem posset astimare, qui vicebat.*

Col. 405. II. Ptolemaeus Philadelphus. Huic solos $\lambda\gamma\mu\sigma$, viginti septem, regni annos Clemens attribuit, nisi in numeris notis error est. Lucianus eum cum patre adhuc superstite biennium regnasse annotavit.

Ibid. Ptolemaeus Ceramus. Conferenda cum primis sunt que de hore rege, qui fulmen cognominatus est, refert Photius ex Memnone historico cap. 15, Justinus quoque lib. xxv, cap. 3. Qui ei successerunt, Meleager et Antipater, paucis diebus regnum tenuisse, Dexippus quoque testis est. Sosthenes qui, referente Justino, cum Macedoniam a Gallorum populatione defendisset, *multis nobilibus regnum Macedonia affectantibus, ignotum ipse praepositis est: cum re ab exercitu appellaretur, ipse non in regis, sed ducis nomen juram milites compulit.* Exstat tamen inscriptio regis nomine nummus argenteus ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΩΣΘΕΝΟΥ, Goltzio et Nonnio testibus. Secundo regni anno in prælio cum Gallis occubuit.

Col. 408. Serapis. Accitum Serapidis simulacrum et Ponto per Ptolemeum Philadelphum, ut Clemens in protreptico, vel per Soterem, ut alii, narrat laudans etiam Scaliger Tacitus paulo ante fin. histor. lib. iv, qui conferendum adeo est cum Pausania in Atticis, Plutarcho de Iside et Osiride, et in fine libri de solertia animalium, Eustathio in Dionysii $\tau\pi\alpha\delta\mu\sigma$, et si

qui alii sunt, qui gestum istud memorie prodiderint. Vere enim Origenes lib. v contra Celsum, de Serapide longam parumque constantem historiam esse, pronunciavit. Vide Spencerum in hunc locum. Schurzleischius notat in primo Palatino ms. ut et Sichardi editione haberi, *Serapidis simulacrum Alexandrianum* venit.

Col. 405. Condita a Romanis Ariminum et Beneventum. Actum id multo post, sive anno primo olympiadis 128, docere videtur Velleius Paterni lib. i, cap. 14, his verbis: *Smproni⁹ Sopho, et Apio⁹ Caci⁹ filio coss. Ariminum, et Beneventum colons missi, etc.* Idipsum Eutropius narrat, quod et Scaliger notatum est.

Ibid. Demetrius semiperfectus Seleuco tradit. Huc, ipso juvente Pontaco in curis posterioribus, periocham istam translustrum, que in editis antea libris male ante tres annos recensebatur.

Col. 406. Sostratus. Tempus convenit, indicatque Suidas in $\tau\pi\alpha\delta\mu\sigma$ extuctam hanc turrim, quo tempore Pyrrhus regnare in Epiru cepit. Vide Strabonem lib. xvi, Plinii lib. xxxvi, et Eustathium in Dionys. perieg. v, 112.

Ibid. Romani Crotoneum captiunt. Ex Zonara annal. u, quem laudat Scaliger, itemque Frontini libro liquet Crotonis oppidum captum aliquanto post, sive anno quanto olympiadis 123, a P. Cornelio Rufino u consule.

Col. 408. Antigonos Gonatas. Cum duplice sorbunt minus recte ali. Pontacus *Gonatas*. In nummis *TONATΟΥ* legitur. Cognominitus ita est, Dexippo teste, $\delta\omega$ $\tau\pi\alpha\delta\mu\sigma$; $\Theta\sigma\tau\alpha\delta\mu\sigma$; $\tau\pi\alpha\delta\mu\sigma$. Ceterum non statim a Sosthenis morte, sed post duos interregni annos Macedonum imperio potius sum esse, tradit Syncellus loco laudato. Idem et Porphyrius inuitat, affirmans regni annos ad primum usque olympiadis 135 Antigonum protraxisse, qui juxta Eusebii rationes triennio ante e vivis excesserat. Vide que infra dicimus ad Demetrium.

Col. 407. Ptolemaeus Philadelphus, etc. Graeca ipsum Oniam, fratrem Eleazari, nominant; que tamen alieni interpolata ipsi etiam Scaliger visa sunt. Quod spectat Scripturarum interpretationem, totus in eo est Scaliger, ut Aristoteles narrationem fabulis accensandam persuadet: id quod nemo hodie non sentit, demonstrandum que est privato opere ac stylo doctissimis viris Hydro, Van Dalleo, atque aliis plurimis. Pergit vero ille accusare Eusebium, quod ex conjectura hoc gestum contulerit in Ptolemaei

initium, cum verosimile non sit, eum regni sui initium ab bibliothecam potius instituendam, et libros Hebreorum convertebendos, quam ad res ipsius regni animum applicasse. Quinimo illud perquam eruditus videtur excoigitatum Eusebium, si voluit id gestum conferri intra biennium illud, quo diximus ex Luciani testimonio, patre adhuc supersitae, Philadelphum regnasse. Ex eo enim conciliari potest aliorum ex antiquis sententia, puta Irenei lib. iii, cap. 25, et Clementis strom. i, qui Ptolemei Soteris, sive Lagide, patris Philadelphi, jussu sacri codicis versionem peractam referunt. Si enim advivebat tunc temporis pater, potuit ejus non immerito auxiliis ascribi. Quanquam, ut nihil dissimilem, placet magis ad octavum Philadelphi annum opus illud referri, quod ut ab Aristotele rationibus (neque enim omnia ejus commenta sunt) non longe disserit: ita cum Epiphanio libro de ponderib. et mensur. cap. 13 probe convenit. Ac licet id certis argumentis constitui nequeat, longius tamen a veri specie absunt Africanus, quem Scaliger laudat, et Syncellus, qui ad postrema usque Philadelphi tempore versionem eam retrahunt.

Ibid. Una virginum Romanarum percūtitur. Haec *Sextilia* putatur, cuius, annotante Scaliger, memit epitome Liviana lib. xiv.

Ibid. Milo Tarentum tradit. Triennio serius, quod et notatum est Scaliger, gestum hoc referunt autores boni, Frontinus libro in strateg. 4, Orosius libro iv, cap. 3, epitome Liviana lib. xiv, Zonaras et recentiores plerique omnes chronologici.

Ibid. Romani Calabriam.... tenuerunt. Non videtur ante annum primum olympiadis 129 Messana in Romanorum dictione venisse, capta ab Ap. Claudio Caudice, si Frontino, Eutropio atque aliis fidem adjungimus. Capitolini enim scriptores et Macrobius saturnal. in sequentem adhuc annum id differunt, traduntque capitam Messanam a Valerio Maximo, qui ex ea victoria Messale cognomentum accepit. Calabriam quod spectat, tabule Capitolinae de Messapii primum triumphasse scribunt. Num. Fabius pictorem cum collega D. Junio Pera; qui consules annum signant olympiad. 128 tertium. Videtur adeo recte Scaliger utrumque prochronismum, alterum annorum 11, alterum 9 nolasse, et quod gesta diversorum temporum confundantur, reprehendere; quanquam satis auctorem nostrum excusat, quod pridem pro-

fessus est, haec per tempora abs se digeri, non per annos.

Col. 407. *Argenteus nummus*. Plinius lib. xxxiii, cap. 3: *Populus*, inquit, *Romanus nequidem argento signato ante Iyrrhum regem devictum usus est*. Et paulo post: *Argentum signatum est anno Urbis quingentesimo octogesimo quinto, Q. Fabio consule, quinque annis ante primum bellum Punicum*. Tempus uterunque convenit, siquidem tertium olympiadis 127 annum haec notent ex varia de pallibus Urbis epocha apud antores.

Col. 408. *Romani colonias deduxerunt*. Recole quo paulo superius notata sunt de Ariminii et Beneventi urbium conditi, qui in hunc proprie numerum cadit. Reliquum perioche, *multaque urbes in Sicilia eis juncta*, Scaliger excidisse ait in Greecis culpa Synecilli, suppletque ita, *καὶ τὸν πόλεων αὐτοῖς προσεγγίσαν*.

Col. 407. *Roma Virgo Vestalis*. Dicitur haec Caparonia Orosio, quod est ante nos Scaliger notatum.

Col. 408. *Zeno... moritur*. Postremum verbum cognoscit Scaliger tacet. De hoc Zenone, ut et Polemon philosophus Palatini mss. teste Schurzleischio, superius ad num. 1732 mentionem ingerunt: *Zeno Stoicus philosophus agnoscitur, et Polemon philosophus agnoscetur*. Ceterum quod ponit Eusebius Zenonis obitum anno primo hujus olympiadis 129, dissentit a Laertio: qui lib. vii, sect. 6, de Perso loquens, eum ait floruisse olympiade 130, ἐπει γέρων Ζήνων, Zenone jam sene. Sed fortasse ibi est in numeris notis mendum.

Ibid. *Romani colonias, etc.* Contendit Scaliger, quod et Zonarie testimonio probat, hallucinacionem hanec esse Eusebii in nomine urbis, siquidem Agrigentum, non Syracusas ceperunt hoc anno Romani. At vero Syracusas recte sua sensu Eusebius nominavit, tantumque benignius accipi atque exponi operae pretium est. Nam licet Syraeuse tunc capite revera non fuerint, ablatumque Hieroni imperium, transactum tamen pace est his conditionibus, quas qui impo-nerent, victores urbis videri potuerint. Atque optionem quidem rex ultra accepit, referente Polybio lib. i, cap. 16, ut primum sine pretio captivos e Romano exercitu omnes qui apud se essent, restiterent, deinde centum argenti talenta Romanis penderet. Ob hanc sane causam non Eusebius modo, sed etiam ante illum scriptores, captas fuisse a Romanis Syracusas pro- diderunt. Ex his est vetus auctor Philinus, licet

eo nomine a Polybio reprehensus. Vide infra ad num. 1803.

Col. 408. *Nicomedes*. Recole que superius ad num. 1303 hac de urbe dicta sunt.

Col. 409. *Romani Carthaginenses, etc.* Nihil dubium in priore gesto quin tempus conveniat, parva scilicet a Duilio eos, celeberrima de Pennis Victoria. Alterum vero quod dicitur de centum Libyæ urbibus captis, serius equidem videtur cum Scaligero referendum ad triumphum navalem L. Manili Vulsoni centesimæ trigesimæ primæ olympiadis initio. Innuere id videtur laudans eidem Scaliger Orosius lib. iv, cap. 8: *Consules, inquit, in Africam jussi transferre bellum, cum trecentis triginta navibus Siculum perierunt: quibus Amilcar Panorum imperator, et Hamo classi prefectus occurrit. Conserto navalí prælio, Carthaginenses in fugam versi sexaginta quatuor naves perdidérunt. Victores consules in Africam transeuti sunt, primamque omnium Clibanum urbem in dedicationem receperunt: inde Carthaginem petentes, trecenta aut eo amplius castella populati sunt. Inferit itaque Scaliger, duo diversa gesta fuisse a Eusebii confusa, pecuniamque in altero solida olympiade. Monuit vero noster pridem haec per tempora diger, non per annos*.

Col. 409. *III. Ptolemaeus Evergetes*. Suni et ceterioribus chronologis, qui scelos viginti qua- tuor regni annos Evergetis tribuant: verum ipse suorum ann. quibus regnum obdimit, fidejussor rex est in monumento Adulitanio in fine, ubi vicesimum usque septimum nota- puta eum, ut cum Eusebii conveniat, hoc ipso ineunte anno occubuisse. Ceterum ne preler- reas, que ipso rege, ut et Callinico, qui eodem anno Syria regnum initiv, doctissime disputata sunt abs Hieronymo comment. in c. Danielis undecimum. Porro idem in prologo lib. xxx Tropi, post Justinum edito, etiam *Ultraphone* dicitur, pro quo alii legi debere *Epiphanem*: alii posse Freinshemium et Longuerueum nihil du- bitant *Tryphone* reponere, fabulentus etiam mss. ut hoc quoque cognomento Ptolemaeus iste do- natus sit.

Ibid. *Judaorum pontificatum Manasses occipit*. Quod in Graeco est Μανᾶς, praestabat transfor- patrus, uti Scaliger animadverit: tameisi pro- miscebat pro patris fratre sumitum apud autores bonos.

Ibid. *Carthaginenses, etc.* Imo, quod ante nos probe etiam Scaliger notatum est, P. Claudio Pulchro cos. qui et a Romanis, quod se impru-

denter gessisset, magistratu abdicare coactus est, summaque ignominia affectus. Contigit hoc Romanorum infortunium anno hujusce olymp. quarto, quod narrant Polybius lib. i cap. 31, Cicero lib. ii de natur. deor.; Livius lib. xix; Valerius Maximus, aliisque. E contrario Metellus, qui ante duos annos consul fuit, sive ejusdem olymp. secundo, ingentem de Pennis victoriam reportavit, quod idem Polybius, Eutropius lib. ii, c. 13, Orosius lib. iv, c. 19, aliisque confir- mant. Sidonius, carm. ii, vers. 372:

*Nec tu, cui curras Curri superare, Metelle,
Contigit, ostentans bovis elephanta frequenter.*

Alios antores nunc depeditos videtur secutus Eusebius. Vid. Neuport. hist. Rom. t. i, lib. iii, cap. 21 et seq. ubi et sexaginta naves, non 90 captas a Eusebii legit.

Col. 410. *Parthis a Macedonum, etc.* Defec- tio- nis Parthorum incerta apud autores initia sunt. Notatum vero jam doctis viris contra Scaligera, male a consulatu L. Manili Vulsoni et C. Attii Reguli ab Justino repeti. Convenit magis, ait el. Wesselius, quod tradit Ariannus apud Photium cod. 58 de Pherecle, quem Antiochus Divus Parthia prefecratur, et insurgeantibus in eum Arsace et Tiridate fratribus. Atque haec prima regni exordia fuerunt, temnia quidem, sed que paulatim adeo aucta fuere, ut Seleucum Calinicum justi aie superare potuerit. Hec causa quoque fuit, quamobrem multi ab ea victoria regni Parthi initia repeterunt. Lege que Valesius commentatus est, ad Ammiani Marcellini lib. xxii, 6. Arsacidarum historiam ex nummis non ita pridem Vaillantius illustravit.

Col. 409. *Judaorum pontifex Onias*. Ex Josepho Ensebius, cuius postrema verba fuisse inutili ambitu Latine reditta abs Hieronymo, Scaliger cavillatur, cum quibus usus Eusebii sit, plane lateat. Fallitur præterea cum in lemmate illius capituli 4 Josephi, Ptolemaeum Ἰανναῖον esse, non Ἐπεγένη pronuntiat. Tametsi neque hunc revera, sed proprie Ptolemaeum Philopatrica notant que in textu habentur de Josepho isto, Tobias filio. Mortuus enimvero dicitur, cum iam ἀλοντάγχη per viginti duos annos fuisse: rec- teque ibi notata mors ejus, circa initia Seleuci Soteris, qui decimo septimo Ptolemaei Epiphania anno regnare cepit. Subdue igitur viginti duos annos illos, et Philopatrica, non Evergetem adiisse Josephum cognoscet.

Col. 409. *Censu Roma... clx millia*. Par cre- dere est, quod et Scaliger post Sigionum notat, agitatum censum lustro 39, A. Manlio Torquato Attico u. et Q. Lutatius Cercone eos, qui annus est hujusce olymp. quartus.

Col. 409. *II. Demetrius*. Hoc refer que superius de annis Antigoni observamus; ut enim ille serius regnum arripiuisse dicitur Synecello, se- riens quoque vitam finisse, Porphyrio: ita iste successor ejus et filius Demetrius postponendum ad eorum rationes videbatur.

Ibid. *XIII. Antigonus*. Nimirum qui cognomi- natus est *Doson*, de quo vide etymologum in Δόσον. Hunc vocat Dexippus Ἀντίγονος τὸν Δραπτέλον, indicare eum Demetrio Demetri Poliorcete filio esse natum, ut notatum est doctis viris; habuisse enim Demetrum Poliorcetem eo nomine filium, constat ex Plutareho in De- metrio. Fuerit hic porro decessoris Demetrii filio Philippo patruelis, quod idem Plutarhus in vita Pauli Enni significat. Cætera confer Pausaniam in Achæacis cap. 7, Justinum lib. xviii, cap. 3, etc.

Ibid. *Quintus Ennius*. Sunt quibus rescriben- dum hic videtur *Salentii* cujus civitatis Rudias memorant. Nam Rudias Enni patriam esse, Cicerio, Pomponius Mela, Ausonius, atque alii uno uno affirmant. Tempus juxta Varronis Pali- dia congruit. Vid. A. Cellini lib. xvi, c. 21. Hec autem, non dubitandum, quin Hieronymus addiderit de suo.

Ibid. *Judæorum, etc.* Prænotavit Scaliger ad- missos his esse ab Eusebii duos errores, alterum quod hunc Simonem putari esse eum, qui Justus cognominatus est: alterum quod Jesum Siracidem sub eo, propterea quod ejus memine- rit, scrissipis panaretone suam velit. Simon au- tem ille, cuius meminit Siracides cap. 50, sit nepos Jaddus illius, qui occurrit Alexandro Ma- gno, et quidem hunc multis annis antecesserit. Tu vides Drusium in notis ad eum locum Ecclesiast. cap. L. Male in textu scriptum erat *Pana- retos*; male itidem alii in Graeco παναρέτον legunt.

Col. 400. *Quadragesima ferme millia, etc.* Contigit triennio serius, sive anno hujusce olympi- dis quarto, quod neam ignorat. Vide Polybius lib. ii, cap. 26. Recte autem Scaliger monet, hos paucorum annorum prochronismos Eusebii aut Hieronymo ascribendos non esse, sed fas- torum consularium conditoribus.

Ibid. *Seleucus Cernus*. Ipsi scilicet tertio anno regni per dolum occisus est. Præstat id

abs Hieronymo in cap. xi Danielis ediscere: *Post fugam, inquit, et mortem Seleuci Callinici, duo filii eius, Seleucus cognomento Ceraunus, et Antiochus, qui appellatus est Magnus, provocati spe victoria, et ultiōne parentis, exercitu congregato, arma corripunt; cumque Seleucus major tertio anno imperi eset occisus in Phrygia per dolum Nicanoris et Apaturi, exercitus, qui erat in Syria, Antiochum fratrem eius de Babylone vocavit ad regnum. Hinc Appianus in Syriacis explicandus est, ubi ait, sublatum fuisse Seleucum veneno, post exactum regni annum alterum: Antiochum vero cognomine Magnum regnasse annos triginta septem.*

Col. 411. IV. *Ptolemaeus Philopator*. Dicitur hic Strabon lib. xvii, Φιλοπάτωρ ἐπὶ τῆς Ἀγαθοκέλεως, famosae nempe illius Agathocleam meretricis amator, non ἄλλος, filius, ut habeat auctor Scaligeranus exceptor, pag. 376. Nec est qui ignoret, Philopator matrem fuisse Bereonem: eo autem usque valuisse apud regem Agathocleam amicam suis artibus atque illecebris, ut ipsa regni negoti procuraret, ex eaque rex cognomentum acciperet. Vide Justinum lib. xxx, cap. 4, et Polybium lib. iv, qui et notat successisse eum patri Evergete olympiade 139. Adito et Scaligerum si libet.

Ibid. XIV. *Philippos*. Facit ferme cum Eusebio Porphyrius, qui Philipponum et hac demum olympiade 140 paternum solum, tutore Antigono defunctorum, concessionis, et illud per annos 42 temnisse affirmant. Alii autem cum veteres, tum recentiores in diversis abeunt. Et sunt qui ex Polybii testimonio lib. ii, 74 defunctorum ponunt Antigonum quadriennio ante, sive undecimo tutelae sua anno, statimque ei successisse Philipponum, quem et annos regnasse quadriginta quatuor, biennio scilicet supra Eusebii rationes, ex Justino in fine libri xxviii cap. 4 contendunt.

Ibid. *Caria et Rhodus*. Hie nimurum, quo loco consentit Scaliger, recte tempus assignatum, hanc recte assignatum videtur. Adeo non immrito Simsonus ab hac opinione recessit, casumque illum ante annos sex, sive in olympiadis 137 ultimum contulit. Argumenta subjunxit cl. Wesselingius in notis hec sane probabilita. Non enim, inquit, tum (sive isto quo Eusebius anno casum referit) Seleucus Callinicus, qui ob hunc motum Rhodius multa condonavit, supererat. Quod si idem Seleucus hoc tempore captivus fuerit apud Arsacem, ut Posidonius multis indicare videtur, citius Colossi casus

continguisse debuit. Nec multo tamen: vetabit enim Antigonus, cuius liberalitatem quoque predicit Polybius. Mansit vere Colossus eo situ per plura secula, neque erexit unquam demonstratur. Non ergo audiendus est Leo Allatus, quando ad Philonenum Byzantinum ex chronicis Alexandrino et Syncello ostendere conatur, Vespasiani tempore eum esse instauratum. Si Plinius lib. xxxiv nat. hist. 7 inspexisset, falsum fuisse utrumque scriptorum, facile animadvertisset. Confudetur Colossum in sacra via Romae a Zenodoro jussu Neronis eructum, et Rhodium, illi Vespasianus, Neronis detracto capite, solis impositum. Atque hinc error.

Col. 412. *Ea qua, in tertio, etc.* Inuria Scaliger Hieronymo culpa vertit, quod Graeca libere sit interpretatus perinde atque ipse scripsit, vere Eusebiana esse, que laudamus, cum de suo manifeste subiuxerit Syncello, οὐχ οὐδὲ ὅμοις αντιστρόφη τέτοιος quod nempe qua tertio Macchabeorum libro historia continetur, propriorum librorum, primi, et secundi, historiis tempore procedit.

Col. 411. *Victi Iudei*. Rescribendum 40 pro 60 ex Greco Scaliger nota, maxime ob factiem scribarum lapsum in permutoando litterarum situ. Idem multa de Eusebii hallucinatione in hac referenda historia hue congerit. Nam neque, inquit, Iudei congressi praelio sunt cum Eupatore, neque Iudei Hierosolymites, aut Palestini, sed Iudei Egyptienses elephanter objiciendi erant. Quippe illud innui sentit, quod scribit auctor libri tertii Macchabaeorum cap. ii jussisse Ptolemaeum plerosque Judeos in pietate perseverantes undique conquitos, et Alexandriae pertractos, quingentis elephanter vino inebriatis efferatisque proterendos objici. Verum nec id sibi voluisse, nec prodigiose illi narrationi fidem adhibuisse. Eusebii videtur: nam si adhibuit, non in aliud tempus facile contulit, quam quod ab Josepho lib. ii contra Apionem sect. 5 notatum est, sub Physone scilicet, non Philopatore Ptolemaeo. Malum itaque putare cum Wesselingius, aliud Iudeorum infotum hie dicit: illud enimvero, quo eam gentem pessime habuit rex Philopator, cum bellum civile Egypti sui intulit, quorum Iudei erant pars magna: gessisse inaudita crudelitate ac sevitia, ut ex Polybio in excerptis Valesii pag. 63 intelligere est.

Col. 413. *Ptolemaeus Epiphanes*. Serius hunc recensente, qui solidos septemdecim annos dant

Philopatori, e quibus tamen magni nominis auctores sunt, canon astronomicus, Porphyrius in excerptis Scaligeri p. 223, et Syncellus. De ipso autem Epiphane non prætereunda quae habet Hieronymus comment. in Daniel. cap. xi, atque illa cumprimis: *Antiochus Magnus... Ptolemaeo Philopatore mortuo, adversus filium eius, qui tunc quatuor annorum erat, et vocabatur Ptolemaeus Epiphanes, rupto fodore, movit exercitum, etc.* Justinus in epitom. cap. 2 quinquennem tunc fuisse eum dicit. Regni eius annos solos viginti duos alios supputant, et ut summum virgini tres. Vides Petavian lib. x de doctrina tempor. cap. 46; vide et nos infra ad Philopatorem.

Ibid. *Lexinus consul, etc.* Intelligere est ex Polyb. lib. x, cap. 38, et Livio lib. xxvi, cap. 24, initia amicitiae secundo vel tertio precedentes proxime olympiadis anno, quo tempore Attoli in societatem populi Romani venerunt, additumque est in foderis conditionibus, ut si vellet, Asie rex Attalus aliquip nonnulli eodem iure amicitie gaudenter.

Ibid. *Judeorum pontifex, etc.* Imposuit Eusebius antiquit. lib. vii, cap. 3, qui episola Ioniam Aree ad Oniam, cuius exemplum extat 1 Macchabaeor. cap. xii, ad Oniam hunc tertium putavit, quo ad primum scripta est, et ante annos quidem ferme centum sexaginta. Cavit pridem errorem hunc Scaliger, quem omnino vides in canonib. isagogie, pag. 322.

Col. 413. *Plautius... Roma moritur*. Penes Scaligerum ad molas manuarias pistorem se locutus est: *ibi quoties, etc. tum scribere fabulas solitus erat vendere. Pontacus cum pridem legisset vendere sollicitus, conseruaret, rescribendum monuit secundis curis solitus, minus sane bene: nobis sollicitus placuit.* Vide, si libet, Pignorium de servis.

Col. 414. *Iusta Theram, etc.* Consentit quoad tempus, ipso demum non diffidente Scaligero, Justinus lib. xxx cap. 4, inquit. *Eodem anno (quo pax inita cum Philippo est) inter insulas Theram et Therasiam medio utriusque ripa et maris spatio terra motus fuit. In quo cum admiratione navigantium repeste ex profundo cum calidis aquis insula emersit.* Vide loci hujus interpres. In Parmensiis. *Iusta Hieram legitur.*

Col. 414. *Antiochus*. In Scaligeri edit. Scopan superavit. Historiam quod spectat, lege Polybium in excerptis Valesii pag. 77, nec præterea Hieronymus in cap. ix Danielis, eam fusius ex Porphyrio edisserentem: ut enim verba ipsa laudemus, loci prolixitas non sinit.

Ibid. *Romani Graecos liberos esse jusserunt*. Recitat senatusconsultum Polyb. except. legat. 9: *Ut exterri omnes Graeci, et qui in Asia degunt, et qui in Europa, liberi sint, suisque legibus utentur, etc.* Convenit probe etiam tempus. Vide Livium lib. xxxiii, cap. 32, et Plutarchum in vita Flaminii.

Col. 413. *Antiochus in amicitiam*. Huc refer Iosephum antiquit. lib. xii cap. 3, quod et Scaliger monet.

Ibid. *Post prælium, etc.* Meminisse oportet hæc per tempora digeri, non per annos: a prælio enim in Thermopylis ad fodus cum Romanis ab Antiocho initium, duorum ferme annorum spatium, variisque casus intercesserunt, quo et Livius et Polybius legal. except. narrant. Falsum vero est, quod ait Scaliger, Hieronymum in comment. in Daniel cap. xi asserere L. Scipionem cognomine Nasicam eum fuisse, qui Antiochum devicerit. Consultat lector candidus locum, ut de re ipsa dijudicet. Alterum, in quo ait hallucinatum s. doctorem, quod scribit hunc Antiochum deletum cum omni exercitu suo adversus Elymios pugnatum, ratum habent pari consensu veteres. Justinus lib. xxxii, cap. 2: *Rez Antiochus* (Magnus utique cognomento) cum gravi tributo pacis a Romanis premeretur, et vicius oneratusque esset... adhibito exercitu, nocte templo Didymæi (leg. Elymæi) Jovis agreditur. Qua re prodiit, concursu insularum cum omni militia interficitur. Et Strabo lib. xvi de Elymio: *Antiochum quidem Magnum, cum Beli templum solariæ conaret, finitimi barbari, absque aliorum ope adorti, interemerunt. Quin adeo ipse errat toto celo Scaliger, qui id contigit ait Epiphani Antiocho, non isti, cui Magno cognomen fit.*

Col. 414. *Antiochus, Scopa superato, etc.* Revocamus hanc, ut et precedentem periochanum cum Scaligerio ante duos annos, sive ad hujus olympiadis secundum, cum in aliis libris, etiam Pontaci, quartum obtineret. Re etiam vera annus erat Ptolemaei Epiphiani duodecimus aut decimus tertius, quo Cleopatra filiam in matrimonium sibi junxit. Hieron. in Daniel. cap. xi: *Antiochus... r̄iam suam Cleopatram per Euclēm Rhodium septimo anno regni adolescentis, despondit Ptolemaeo; et decimo tertio anno tradidit, data ei datis nomine omni Caledria et Judea, etc.* Vide et Josephum antiquit. lib. xii cap. 3, et Appianum in Syriacis pag. 145.

Col. 413. *Secundus liber Macchabæorum*. His, quæ otiose Scaliger ad hunc locum de Macchabææ historie titulo disserit, oppone qui habet Huetius demonst. evang. propositione iv, de libris Macchabæorum. Lemma erat illud prioris libri sceptrum rebellium Dei: quod ut alter legi et exponi possit, non erat sane cur tantopere Scaliger miraretur, hebreico titulo do-

natum Græcum librum, nec eur Origeni, qui illum indicavit, fuen fecisse Judeos, usque adeo asseveranter affirmaret. Taceo et injuria accusari ab eo Hieronymum, quod in tria verba contraxerit quae plura in Græcis sunt. Quis enim Scaligerum ea docuit Eusebii esse quae Syncelius exaggerat?

Col. 415. *Titus Livius*. In Parmensi ms. ut et vetustioribus editis libris, et apud Scaligerum *Titus* hic pronominatus est perpetrum pro *Lucus*: neque porro recte *Marcus* rescribi, Scaliger jubet. Græcus homo ille primus *Andronicus*, postea ab hero M. Livio Sannatore, *Livius Andronicus* est appellatus. At non recte, quo inclaruit, tempus notatum Eusebii est: si quidem ab eo erat repetendum, quo *primum tragædias et comedias*, ut ait Cassiodorus, a *Lucio Livio ad scenam data*: anti annos scilicet ferme quinquaginta. Nam et Cicero Tuscul. quest. lib. i, cap. 4: *Annis, inquit, ferme xix post Romanum conditam, Livius fabulam dedit C. Claudio Ceci filio, M. Tertullio coss. anno ante notum Enniatum. Paria habet in Bruto cap. 18, et A. Gellius lib. xvii, cap. 21.*

Col. 414. *Cum ab Antiocho, etc.* Notatum Cornelio Nepoti, inter scriptores non convenire, quibus consulibus Annibal interierit, alii nempe in secundum, alii tertium, alii quarum hujuscemodi olympiadis confercentibus. Vide Appianum in Syriacis pag. 130.

Col. 414. *Simon præpositus templi Hierosolymæ*. Si de Græcis constaret, imo nisi aliquibi plane esset incredibile, idsem que laudantur, Eusebium verbis esse usum, daremus ultra, quod ait Scaliger, quedam D. Hieronymum per proteram aliquorsum interpretasse. Ejusmodi est illud *multi ei munieris repromissis, pro thesauris templi pollicitus ei proditum*. Tum illud *Heliодorum mittit ad negotium providendum, pro Heliодorum regis procuratorem, aut quid simile nam Græca significant hominem summi in palatio officii ac dignitatis, sive eum qui regni negotios præterat, τὸν ἵνα τὸν πρετερόν*, denique *perferam agens pro re infecta, etc.* At vero non licet id culpe vertere s. interpretando geranam Eusebiani exemplaris lectionem ignoramus: scimus et contrario nonnulla in hac historia alter ab Josepho, alter a Macchabæi libri auctore narrari. Adeo neque illud temere assurere, de suo Hieronymum addidisse, quod ait de Simone *sacerdotium sibi vindicare caput*: quod est quidem creditu difficultimum, neque

enim ex sacerdotali stirpe erat, sed Benjaminus ut dicitur II Macchabæor. iii. Postremum quod additur, curasse Oniam, ut Simon ille in exsilium pelleretur, discimus ab uno Eusebii, qui id facile a libris, qui postmodum intercederunt, expresserit.

Col. 415. VI. *Ptolemaeus Philometor*. Et Capellus quidem aliquæ recentiores chronologi ferme eum Eusebium a primo olympiadis 150 anno Philometoris initia deducunt. Probe etiam rationes iste anni decessoris Epiphanius convenient, de quo superius suo loco diximus. Verum aliter suppeditare nos cogit Ptolemeus lib. vi magn. syntax. cap. 5, ubi Philometor annum septimum cum Nabonassari quingentesimo septuagesimo quartolabente committit ex eclipsi lunari phæmenoth 27, seq. 28, ex qua certo evincitur, initia ejus regis ad Nabonassari quingentesimum sexagesimum septimum labentem aut octavum, esse referenda. Hic autem annus partim tertio et partim quarto olympiadis proxime praecedens respondet, ut biennii, quod et Scaliger notat, metachronismo Eusebii rationes peccare videantur. Ceterum vix dicti est, quibus tota isthinc regum Egyptiorum historia tenebris sit obvolta. Cl. Dodwellus dissert. de tempore quo scripti Agatharchides pag. 72, tom. 1 geographer. min. seriem perquam sane accurateam ab initio Philometoris ad finem Cleopatrae institut ex fragmentis Porphyrii, que Scaliger inter Graecæ Eusebianæ refert. Doceo porro, quod opere prelum est nosse, ex eo monumento, varia fuisse eorumdem regum Egyptiorum epochas: tum, non a decessorum excessu regum annos plurimos esse numerandos, qui tamen error in chronologis hodiernis passim occurrit: deinde, ne quidem eorumdem regum annos semper sibi invicem fuisse continuos, sed ex intervallo alienorum regnorum annis serpe fuisse interpolatos: denique annos regibus postea fuisse attributos, quibus tamem extra patriam in exsilio egerint, potestate regia exuti. Disces autem quomodo eorum regum regni anni invicem committunt sint ex his, quas instruit, diligentissimis tabulis. Ut redeamus ad Philometora, eum, cum Eusebii, canon Ptolemei, Porphyrii in excerptis modo laudatis, Syncellus denique ipso, solis annis 35 regnassi affirmant: Dodwellus autem uno amplius dicit, multaque eam in rem disputat, que cum lucem non exiguum alii ejus regis annis, atque adeo Eusebiano canoni fanerentur, hic describere

non piget. Triginta quinque duntaxat annos, inquit, Philometori tribunt plerique. Plane, ut in proximo legitur regni possessi latreculo. Inter illos, canon, quem dixi, astronomorum; immo his ipsis in locis Porphyrius. Et ne credatur error librariorum, obstat, quod ex hoc numero (additis annis 29 quibus regnasse tradit Evergetem) summam annorum 64 oriri testatur, que fuerit in universum utriusque tribuenda. Et tamen idem vice versa Porphyrius annum Philometoris memorat 36 et cum Evergete anno committit 25. Plane, ut in tabulis nostris hisce legitur. Imo evictum ipsius memorat Evergetem, ut ita committerentur. Hoc enim docent, ni fallor, ejus illa verba: Τὸ γέροντον ἐπονοῦ Φιλομήτορας δὲν προσχρύσασθαι τὴς τούτου βασιλείας πρότοις αὐτοῖς εἰσόντων πάρετον ΠΡΟΣΗΜΕ ζητέσθαι. Fieri ergo vix potest ut hic errarit. Convenit porro accutissime, quod idem addit, ex his 23 (quos habuit cum fratre communis) cum 29 aliis (quibus ipse, post fratris excessum, solus in Ægypto regnari) summam conflari annorum 54, quibus in universum regnari a primo eius communique cum fratre initio. Tam itaque certum est, annos Philometoris 36 ab Evergete numeratos esse, quam et illud certum est, primum Evergetis initium a fine anni fratris 41 cepisse, ut 12 regni fraterni annum, primum ipse sui regni annum numerarit. Imo et predictis Porphyrii verbis, causa, ni fallor, manifesta est, eis ita præcepit Evergetes. Annus enim, quo, frater superstite, solus fuerat in regni Egyptiaci possessione Evergetes, revera ad ius spectabat Evergetis, ut monet etiam hoc loco ipse Porphyrius. Nec enim aliud profecto nomen in illius anni οὐρανοῖς lectum fuisse verisimile est. Hæc enim causa fuisse videtur eur annum illum suo non quidem ipse impunitar Philometor. Non imputasse exinde constat, quod post annos 17 quibus in regni possessione fuerat, ante annum illum quo solus regnavit Evergetes, 18 deinceps annos duntaxat numerarit Philometor, qui superioribus additi annos facerent in universum tantummodo 35, quibus regnari ipse Philometor. Ergo annum ab initio suo 19 ipse tamem regni sui numeraverat duntaxat 18, atque ita numerandum præcepit Philometor in regni denuo redintegrati οὐρανοῖς. Et sic in reliquo ad eundem modum. Ita factum, ut ultimum regni eui ann. tantummodo 35 ipse numerarit. Potuit ergo de jure Evergetes ann. illum a decessore suo sibi relictum sibi imputare,

ut primum a fratri morte ann. secundum numeraret. Imo revera sibi imputavit. Non quidem ita, ut primum a fratri obitū secundum appellari. Nec enim tum receptum est, ut qui olim sub decessore reges appellati fuerant, novam aliam a collegarum exitu epocham inchoarent. Imo receptum, ut numerum annorum sub decessore ceptum, pariter, extinso decessore, continuarent. Sic autem certe fecit Evergetes. Nam et illum quoque ann. quem solus tenerat, vivente fratre Philometore, ipse sibi accensit, cum ann. a fratri initio 36 sum numerarit 23. Sie enim nullum prorsus ab 11 fratribus hiatus agnoverit, unde ipsum exordium duxisse vidimus. Junctamen aliquod suum in fratribus honorem ab eo remissum inuitu Porphyrius. Sed quodnam illud fuerit, age, videamus. Non quidem illud quod verba, qualia hodie leguntur, videntur innovere. Non in eo situm esse gratiam, quod Philometor an. 36 sum ipse 23 numerarit; sed vice versa potius in eo, quod sum ann. Philometoris 36 appellandum edixerit. Hoc enim πέριστον Evergetem edixisse docet Porphyrius. Nempe quod, cum annum, quem 35 numeraverat Philometor, ipsi nihilominus Philometoris 36 numeraret, annum qui sui fuisse solius, Philometori eliam imputasset. Et quod primus hoc fecisset Evergetes, cum priorem ejusdem anni partem, qua superest fuerat Philometor, 35 ejus anno accensuerint acta publica, aliaque id genus monumenta. Sie enim factum, ut sub Evergete coperit mos illi annum eundem Philometoris 36 numerandi. Meruerat autem hanc gratiam a fratre Philometor, quod, pro modestia sua, a fratribus anno sibi vindicando temperassel, dum ipsa rerum (fratre quantumlibet invito) potiretur: et quod viator fratri pacem adon honorificare concessisset. Sed vero ann. ab initio suo 36 partem saltem aliquam Philometorem attigisse certum est. Nam certe Demetrius, quem regem fecerat moribundus Philometor, ab anno Seleucidarum ceperisse dicitur 167, I Macchab. xi, 19. Qua nempe anni filii, in priori illo libro Macchabaico, inire censentur a Xanthico, qui mensi Attico munichionis fere respondebat, in cyclo iam Calippio. Nam ante mensem illum anni Varr. 608 nondum vel coperat annus ille Seleucidarum quo cecidit Philometor. Et tamen his quoque fortasse temporibus, vel paulo junioribus, desit mos antiquus annos Egyptiorum regum a thoth censendi, aut ab uno aliquo alio anni exordio.

Sex enim quibus regnaverat, praeter annos integros, menses Ptolemaeo Soteri attributos docet Porphyrius, anno Varr. 673. Itaque Philometori pars illa saltem anni ab initio 36, quam tenuit, assignanda erat: imo annus integer, pro norma illa que annos integros iisdem tribuebat, qui thoth saltem inuenire in regni possessione fuerant. Facile autem erat, ut annus illius, quem si quidem ipse suis rationibus accenserat Philometor, nec ad numerum spectabat annorum, quibus post fratribus obitum, tenerat Evergetes (quorum solorum rationem habebant chronologi júniores), penitus et regis utriusque rationibus excederet. Verum annum fuisse annum, non ea modo quo diximus, sed quae etiam postea dicimus, ostendit.

Col. 416. *Status Cætulus*. Vito legit Pontiaci et vetustiores editiones insuper pro *Insuper pro Insuher*.

Col. 415. XV. *Persus*. Atque hic videtur locandus biennio ante. Vide Livium lib. xi, cap. 53 et 58, qui et annos ei tribuit 11. Syncellas et contraria solos 8. Vide et Scaligeri canones isagogicos.

Ibid. *Aristobulus*. Clemens, stromat. lib. v: Αριστοβούλῳ δὲ τῷ κατὰ Πτολεμαῖον γερουτῷ τὸν Φεδρόν, οὐ μάρτυρας ὁ αυτοτέλεος τῆς Μακεδονίας ἐπέτριψεν, θύσια γερουταῖς Ιωνίᾳ, δι' ἓν ἀποδειχθεὶς τηρητηροῦ φύλαξσας, ἵνα τῷ κατὰ Μακεδονίαν, ταῖς τοῦ Ελλῶν ἡρώταις προτερητός. Ab Aristobulo autem, qui fuit tempore Ptolemaei Philadelphi, cuius meminit: οὗτος ποιοῦσας επιτονει τηρητούς αἱ Μακεδονίαι, μόλις fuisse libros conscriptos, quibus probat, philosophian Peripateticam ex lege Mosaicā et aliis dependē prophetis. Nota, Clementem vocare Philadelphum, quem hic Eusebius Philometorem dixit, et dixit alibi strom. I Philometori ipse; cui etiam Aristobulus apud Eusebium prep. lib. xii, c. 12, concinit: Η δὲ ἡμέρα τῶν δια τοῦ νέων πάντων, ἵνα τοῦ προσταχρού θεοῦ Φεδροῦ βασιλεὺος προγένοντο. Verum de hoc Ptolemaeo inter eruditos non satis convenit; et Junius quidem Lathyrum Evergete filium intelligit: Grotius in annotationib. ad II Macchab. i, 10, mavult Physconem priorem qui, alterius Evergete nomine denotari ab Euseb. ait. Quod addit Scaliger, erroris arguens Clementem, quod hunc eundem fecerit esse Aristobulum cum eo, cuius laudato Macchab. locum mentio est, nostra nihil pertinet. Præterea ipse fallitur Scaliger, ut ex ipsa inscriptione II Macchab. i, 10, constat: Αριστοβούλῳ διατάσσοντο Πτολεμαῖον τοῦ βασιλεῖος, etc. Vide Inue-

tium demonstr. evang. proposit. iv, c. 12, n. 2. novo aliud ab eo quod existabat. Vide laudatum Josephum, et II Macchabaeorum. c. vi.

Ibid. *Matthathias...* vico *Modim*. Scaliger ex vico legit, minus recte: neque enim, ut ipse annotat, ex Modim ortum duxerat Matthathias, genere et domo Hierosolymita, ex Joaribi classe, prima de 21, que per ordinem templo inserbierant; sed eo secesserat, cum Antiochi minister primus resistere ausus est. Josepho dicitur Ιωακεὶμ Ιωάκημ. De ejus stirpe et genealogia confer Cappellum et Schindlerum ab invicem dissidentes.

Ibid. *Eunus poeta*. Est metachronismus quadriennii, quem et Scaliger notat. Cicero in Brut. cap. 20, quindecim post Plautum annis Ennius obiisse, auctor est. Pro eo quod dicitur *Rudian ex Janiculo translata*, quidam mss. ex his eliam quo Scaliger consult, *Rodiam*, aut *Rhodium* habent. Schurzlechius malleit *Rhodias* plurimum numero, quod ita ex urba Straboni appellatur, et Stephano Poëz. Gracia a Loaisa in notis ad chronicon Isidori e suo ms. codice restituit *Rudias*.

Col. 413. *Romanū interfecto Perse, etc.* Perpetram legit Scaliger *prostigato*: nihilque adeo sunt, quae opponit de superstitione miseria, Albano carcere, etc. Vide Photium in excerptis ex Diidor. Sic. lib. xxxi, Sallustium lib. xv, Plutarchem, alias Reliqua de Macedonibus, Illyricis, etc. ex quo auctore Eusebius sumserit, ignoramus. Vides tamen Polyb. excerpt. legat. 9.

Col. 417. *Judavorum duas Judas*. Die vicesima quinta mensis casleu, eodem scilicet mense, eadem die, qua fuerant ante triennium polute sacra, et templum profanatum, I Macchabœr. iv, et Josephus antiquit. xi, 19. Respondet casleu partim novembri et partim decembri Latinis mensibus: eratque adeo annus illi ex parte quidem ultimus olympiadis 153; ex parte autem primus subsequens 154, cui ascribitur ab Euseb. siquidem olympiades, ut alias monimus, proximis post solstitiis testium plenilunis celebrante sunt, ex quo et anni olympiaci supponuntur. Quanquam que Scaliger subjungit huic perioche post reddidit, verba olympiade centesima quinquagesima quarta, in aliis quibus uitimus, sive editis, sive mss. librī, non habentur.

Col. 417. *Menealo pontifice, etc.* Quidam, cuius nomini parcius, in notis ad Sulpice. Sever. tom. II, p. 144, hunc locum, quem non Syncelli

per omnia, sed cautione adhibita expressum ex Syncello diximus, juxta quam nobis in hisce fragmentis, regulam prescrispissimam, ita calumniatur: Syncellus, inquit, ἐν τοις ἑρμηνείαις, quae verba apposita ad marginem nota incalcentur infra, ἐν τοις μηδὲ ταῖς. Quem locum in Graecis fragmentis chronico Eusebio-Hieronymiano novissime appositis tis laudari video, ut germana et vulgata lectio rejiciatur, et in eius locum obtrudatur hæc Ἐντηντος, nimirum ut Syncellus volens nolens in Eusebii sententiam trahat, qui biennium cum Josepho Epatoris regno assignat. Facit judicium penes sequum lectorum esto, si fucum ei fecimus, si germanam Syncelli lectionem rejicimus, quin potius si e regione adnotavimus fusoribus verbis, haberi apud Syncellum ἐπειδὴν τοις μηδὲ ταῖς: si illum volentem nolentem in Eusebii sententiam trahimus, qui non Syncelli esse illam pericopen, sed ex Syncello a nobis excerptam monemus eodem illo versu: cuncte certum sit, eam modo notationem anni, sive litterulam β̄ a nobis suffectam, qua de re e vestigio monemus, ne cui fraudi simus, tam pericopen ipsum, non illam duntaxat notam, cautioni subiectimus. Nostri enim propositi erat, Eusebiani operis fragmenta excipere, non Syncellum, aut alium quempiam excudere. Cum igitur apud alios autores Graecos, maxime vero Syncellum (quem Eusebium fere totum descriptum constat toti verbis), Eusebiani exemplaris germanissimæ lacinie occurant, eas recitamus velut apographs de ipsis Eusebii verbis, que siculæ una (quod et perquam raro accidit) litterula abundant, qua variatum de causa sit, admoneamus.

Col. 419. *Jonathas dux Iudeorum*. Si, quod dum monuimus, Judas anno Seleucidarum 152 occubuit, qui cum ultimo olymp. 154 concurrit, peccatum hic est quadrienni metachronismo, siquidem statim a Macchabæi obitu Jonathas ei successit. Senit vero Scaliger, eum post quatuor annos a fratribus cede renuntiatum fuisse summum sacerdotem, aliquæthmarcham Iudeorum. Quare tempus convenire, quangum non consilio, sed casu, incedisse Eusebium in veram pontificatus Jonathæ epocham.

Col. 417. *Menelaus pontifice... Alcimus*. Id est, a Simonis secundi stirpe, ceterum ab Aarone ipse etiam oriundus. Reliquerat Simon tres filios, Onias, Jasonem et Menelaum istum, quem Antiochus occidit. Ejus Onias filius, Onias alter hic est, cui pontificatus debebatur. Reliqua vulgo

nota sunt ex I Macchabæor. et Josephi xii. Pro Heliopolitan pago minus recte legit Heliopolitan agro Scaliger. De inito postmodum per Judam Romanorum societate, Justinus lib. xxxvi, c. 3, in fine, de Iudeis loquens: *A Demetrio, inquit, cum descivissent, amicitia Romanorum petita, primi quantum ex orientalibus libertatem recuperant, facile tunc Romanis de alieno largientibus.*

Id. ibid. Facit cum Josepho Eusebium tum in historia, cum in temporis notatione. Si enim quo ille tradit antiquit. I. xii, c. 17, perit Aleimus, advidente adhuc Juda, atque hic illi successit in pontificatu, certum aliunde est, sive ex I Macchabæor. ix, 54, Aleimus occubuit anno Seleucidarum centesimo quinquagesimo tertio, qui in hujus olymp. primum incurrit, recteque adeo in alterum Judea assumptio ab Eusebio confertur. Verum decessisse Judam ante Aleim, anno scilicet præcedenti, Seleucidarum 152, scribitauctor primi libri Macchabæor. cap. ix, a cuius jam non licet fide discedere. Aliunde etiam colligere est, pessasse Josephum: neque enim sibi constat lib. xx, cap. ultimo, et quasi errore ipse sumus agnoverit, neminem Aleimo successisse, nisi post septimum, scribit. Nobis interim satis est scire, ex quo Eusebius hauserit; ejusdem enim auctoris rationes etiam in consequentibus tenet.

Col. 418. *Dux Iudeorum Judas*. Sed hec cum auctore I Macchabæor. concilianda res erit, qui cap. vii ad eundem 152 annum Seleucidarum, quo Judas occidit, et quidem antequam Aleimus divina ultione percuteretur, Judeos referit Jonathanis principatum delitellus: *Nunc itaque te hodie elegimus esse pro te (Juda) nobis in principem et ducem ad bellandum bellum nostrum. Et suscepit Jonathan tempore illo principatum, et surrexit loco Iudee fratris sui*. Nam pontificatum quod attinet, eum post ferme septem annos suscepit delatum ab Alexandro, teste ejusdem libri Macchabæor. auctore cap. x. Atque hoc est fortasse quod Josephus loco dudum laudato dixerat, neminem Aleimo successisse in pontificatu nisi post septimum,

Col. 418. X. *Demetrius Soter*. Convenit tempori nota cum ea que refertur I Macchabæor. cap. vii: *Anno centesimo quinquagesimo primo (Seleucidarum) Demetrius Seleuci filius Roma egressus ascendit cum viris paucis in civitatem (Syrie) maritimam, et regnavit illuc.*

Col. 417. *Ennius poeta*. Istheo Ennius poeta et filia nepos verba Scaliger omnia prætermittit;

lectore nec admonito: Parmensis ms. duo illa tantum ex filia, Ita et vendidit habet ille pro venditavit.

Col. 420. *Pseudophilippus regnat*. Duos scilicet annos regni Andrisco, qui et Pseudophilippus vocabatur, dabant auctores, quos Eusebius sequitur: tertio enim vietum eum interfectumque a Romanis ponit. Plurique autem alii secundum eius in primum insequentis olympiadis conferunt: atque hunc prochronismum Scaliger Eusebium confiterat. Confer Paterculum lib. i, cap. 11, Eutropium iv, 6, Orosium iv, 22, etc.

Ibid. *Alexander Antiochi*. Atque hic infime sortis hominum Alexio Epichanius se filium mentitus, quamquam dicitur Eusebium in opposito aterculo annos 10 et menses septem imperium Syriae atque Asiae tenuisse, si Josephum antiquit. lib. xii, cap. 3 et 8, audias, rerumque seriem species, quas narrat Justini lib. xxxv, cap. 1 et 2, nonnisi annos septem regnavit. Dicitur paulo post ipsi Eusebii filius Balz, et Straboni lib. xvi, ὁ Βάλζας Ἀλεξανδρεύς, in excerptis Scaligerianis ὁ Βάλζας, Josepho ὁ Βάλζας. Ceterum videtur dupliciter peccare Eusebius, quod et Scaligerio notationem est, anachronismo, et ἀναστροφῇ. Ex libro siquidem I Macchabæor. cap. x, et Josepho antiquit. lib. xiii, cap. 4 et 5, colligere est, eodem anno (olympiad. 156 ultimo) delatum ab Alexandre pontificatum Jonathani, missamque stolam purpuream et coronam auream: et stolam quidem pontificium ipso scenopœgia festo ejus anni Jonathanem induisse.

Ibid. *Lucilius poeta nascitur*. Rescribendum fortasse est noscitur, sive agnoscerit, si quod Velleius tradit lib. xi, c. 9, verum est, Lucilius sub P. Scipione Numantino equitem meruisse. Alias minime par est credere juxta Eusebii ipsiusmet rationes, eum qui sextum annum vixum attinisset, equo merore potuisse: Scipio enim Numantinus subvertisse scribiru sexto ab hoc numero. Sed neque juxta aliorum auctorum calculos, si hoc anno Lucilius natus est, et pubertatem vix inerat, cum P. Scipio Numantinum bellum gessit, sat is verosimile est, inter equites, eo imperatore, stipendiis fecisse. Vide Horatii scholastem lib. ii sermon. eclog. 1, vers. 75. Perperam in Parmensi ms. *Lucilius* est pro *Lucilius*.

Col. 419. *Oppius Gallos capit*. Pro Oppius notat Schurzleischius legum in primo Palat. ms. *Oppinius*, in quarto *Oppimus*. Cum tamen sit etiam in Graeco Οππιός, mallet ipse rescribi Λόπιος;

(Λόπιος λόπος puta) et Κελτίσης; pro Κελτόν; nam Oppimus post 30, inquit ipse, ab hoc numero annos consulatum demum initit, adeoque hoc non erit referendus. Si rem tamen ipsam quaquaversum species, victoriæ puta de Gallis, et Oppimi, quemadmodum in landato Palat. codice scribit, nomen, non alia videbitur notari ab Eusebii historia. Etsane haud scio, num præstet prochronismum viginti quinque ann. sive ab eo, sive ab aliis, quos secutus est, auctoribus admisum fatetur, quam loci sensum natum inveterare. Fortasse etiam peculiare gestum hoc est, cuius nulla apud auctores mentio superest, supererat tamen Eusebii temporibus. Scaliger, qui non alium Oppium novit, quam qui a Mithridate in vincula conjectus est, de Gallis veretur, ne Galatæ putant sind.

Col. 419. VII. *Ptolemaeus Evergetes*. Hucusque in reconsensu Ptolemeis Egypti regibus veteres plerique omnes consentunt, tametsi in unius alteriusve annis constituendis dissident, ut ad Philadelphum diximus: in ordine tamen ita digeruntur, ut Strabo sit, ταῦτα πάρα πολὺ διατελέσθωσαν. Hunc vero, quem septimum facit esse Eusebium, veteres alii scriptores cum Josepho lib. ii contra Apionem, *Physconem* vocant. Clemens quoque primo stromatum Evergetis momentaret, et *Physconem* Philometore fratri aut successisse. Nempe alterum hoes erat Evergeti *Physconis* cognomentum, quod lucentissime testatur Strabo τοῦτον (Philometorem) διδαχὴς διδάχητος δέ δύοτες Εὐεργέτης, δικαιούχος φύσιστος. Philometorem excepti frater ejus Evergetes secundus, quem et *Physconem* vocant. Dicitur est etiam *Philobulus*, Alexandrinus *Cacergetes*. Vide Justinum lib. xxviii c. 9, et confer Dodwellium dissertatione paula superius laudata de auctate scripti Agatharchidis.

Ibid. *Oppius... et Carthago, etc.* Recole que hac de epocha superius ad conditum Carthaginis diximus. Appianus, Eutropius, et Orosius septentesimo post anno quam condita fuerat, dirutum eam notant.

Ibid. *Jonathas dux Iudeorum*. In Parmensi ms. rex dicitur, minus vere. Mox in aliis plerisque est *Sportianus*, pro *Spartianus*.

Ibid. *Alexander Balz regi, etc.* Duo Palat. mss. teste Schurzleischio, *Philobulus* preferunt, correste: filius enim Balz, ut superius notatum est, habebatur, tametsi Antiochi Epiphanius se filium mentirent ignorati iste alique incerte stirpishomo. Innummis, quod item Schurzleischius

nolat, sepissime vocatur ΘΕΟΠΑΤΩΡ, de quo cognomine plura Harduinus in chronologia vel. test. pag. 210. Significat Latine vocabulum illud *Dis genitum*, qua de re conjetur legendum ὁ τὸν Βαζᾶ, vel Βαζᾶς, ut Syriae nomen pro Graeco positum reputetur. Ceterum, inquit in eius posterioribus, ὁ Βαζᾶς etiam nomen Persicum est, quo regem signabant. Vide Thom. Reinesium v. 1. lib. 1, cap. ultimo, p. 119.

Col. 420. *Numanios subvertit Olympiadis* 61 anno quarto veteres plerique alii factum id referunt. Vides Appianum in Ibericis, Livii epitomen lib. lxx, Eutropium, Orosium, etc. Tempus expressius connolant Cicero officior. lib. 1, et Velleius lib. II, cap. 4.

Ibid. *Brutus Iberiam subiicit*. Videtur Hieronymus ex Lixio accepisse, cuius haec verba sunt in epitome libri LV: *Decimus Junius (Brutus) Lusitanis urbium expugnationibus usque ad oceanum perdonuit*, etc. Paria ferme habeant laudati Sigonio et Scaligerio Sext. Rufus, Florus, Ovidius, aliique, quibus adde Strabonem lib. m, Orosium v. Ac recte quidem iuxta eorum testimonia notat Scaliger abdissim um Eusebium anorum ferme sex prochronismum; nam quadrienni solidi casus Numanium posterior est subactis Gallicae a Bruto. Attamen idem ipse Eutropius lib. IV, cap. 19, in eundem annum conferit et triumphum Brutii de Gallicis, et Scipionis de Numantinis: quanquam hunc actum dicat 14 anno post priorem of Africa.

Col. 419. *Lucius Attius... et fundus Attianus*. Auctor nostri mentem non videtur Scaliger assecurans, sentiens hic tempus illud denotari, quo primum deducta colonia est Pisaurum, anno Urbis 568, seu verius 570. P. Claudio et L. Porcio coss. iuxta quod Livius Testatur lib. XXXIX, c. 44: *Eodem anno coloniae duas Potentia in Picenum, Pisaurum in Gallicum agrum deductae sunt*; et Velleius Paterculus lib. I: *Quadriennium post Bononiem, Pisaurum et Potentia coloniae deductae sunt*. At vero si de illa deductione intelligas, Accius, natus Mancino et Serrano coss. sive an. U. 583, non potuit inter colones Pisaurenses esse, quippe qui annis ferme quindecim post coloniam deductam sit natus. Alia est igitur, quam dicit Hieronymus coloniae deductio, et quam mihi quidem videor detectisse bonis indiciis: tametsi certa jam non superent de ea veterum auctorum testimonia. Notatur, inquam, id temporis, quo iterum deducta colonia est a L. Sulla; nam et scimus, eam FELICEM post-

modum denominatam, non certe ab alio, quam a Sulla, qui se *Felicem* appellari voluit: et disimus ex Appiano lib. 1 de bello civil. eum, cum praesceps vellet summam reipublice, variis in urbibus *opportunitatis locis dispositi* colones, quorum opera in bello usus fuerat, translati veterum possessorum in eos prediis, et in *ipsis potestate continentem Italiam*. Nec sane erat eam in rem ipsa sauro opportunior, cum ad copiarum atque annona comeatuum, tum ad bellum experientum locus. Tempora quoque ipsa probe cum Acci estate convenient, licet eum illius inter colones deductus est, senior certe fuerit, quam ut militie, nulla si consilio, aptus esset. Hac saltem ratione nulla erit Scaligero de *ἀντοργῇ* Hieronymum reprehendendi causa.

Col. 419. *Tryphon dus Alexander*. Notatum ante nos Scaliger, Eusebium, quod annos Jonathas 19 a vera epocha ecdisi Judea non putari, hic in Simoni solidi quinqueannum metachronismum admittere. Certum quippe est ex I Macchabearum XII et seq. et Josepho antiquit. XIII, cap. 10 et 11, Simonis delatum imperium anno Seleucidarum 170, qui numero Eusebiano 1874 respondet. Atque hic annus primus libertatis gentis Iudeorum habetur, cum in aliis monumentis et apud Josephum notatus, tum presentem in nummis quos Samaritanos vocant (nam et monetae cuendae facultatem tunc obtinuerunt), in quibus et consequentes anni, secundus, tertius, etc. ex ea epocha numerantur. Nonnulli ejusmodi apud nos sunt. In Parmensi ms. legitur: *Et in sacerdotium Simon frater Jonathas assumitur*. Scaliger quoque fratrem in recto habet pro *fratris*.

Col. 421. XIII. *Antiochus Sidetes*. Propius vero est ita cognominatum Antiochum a Ζιδ, vel ἡγεμόνη, quod Phoenicum linguis venatore significat, quam, vel a Σίδη Pamphyliā opnido, quo Tryphonem oppugnatus venit, vel, quod minus probari, a catenis ferreis, quibus est vinetus. Ceterum in nummis nunquam hoc donatur cognomento: Josepho autem nunc Εἰσαῆς, nunc Σίδης cognominatur.

Col. 422. *Simoni Iudeorum pontifici, etc.* Peccat quinqueannum metachronismo ob eam, que dudum notata est, causam: anno siquidem Seleucidarum cxxii id contigit, ut lib. I Macchabear. cap. XIV scriptum est. Minus autem bene Sebalis *amicitia legit pro amicibilia*.

Ibid. *Primus liber Macchabearum*. Quod nempe hacenus digestum est. Scaliger hic adversus Hieronymum vitilitigat.

Col. 421. *Antiochus Sidetes rex Syrie*. Graecus textus ad Demetrium haec refert, quem expresso pro Antiocho nominat. Scaliger preterea notat ad Hyrcanum haec pertinere, non ad Simonem. Et vero Simon, exente anno Seleucidarum 177, occisus est, numero Eusebiano 1881. Certum quoque est inuenire Hyrcani principatu, olympiadis 161 (non ut Eusebius scribit 162) anno secundo Antiochum Sideten, vastata Judaea, Hierosolymam septem exercitibus obsedisse. Fectis adeo fucum auctor nostro corruptus iam tum codex Josephi, ubi pro Ἀλεξανδρεῖ πάτερι, legendum est, φέρει τῷ βαπτίσμῳ. Vide Is. Voissium chronol. sacr. cap. 12.

Col. 421. *Attalus moreiens*. Concinuit, quod et Scaliger notat, Hieronymo Julius Obssequens, qui M. Perenna Nepote et C. Claudio Pulchro eoss factum id refert, quod reliqui magno numero scriptores collocant triennio ante.

Col. 421. IV. *Hyrcanus*. Regeit hic Scaliger metachronismum quinqueannum, quem, semel turbulis calculis, in successione hujus familie, admittere necesse fuit. Sed est fortasse dictu difficultius ad quorun usque annum Hyrcanus principatum produxerit, quam anno 26. Videat quidem Eusebii, qui solos ei annos 26 tribuit, ita demum voluisse quinqueannum illud, quod in successione omiserat, compensare: quartus enim Macchabear. liber apocryphus cap. ult. et gravissimus auctor Josephus antiquit. XIII, cap. 19, et XX, 8, solidos ei 31 clarijuntur. Verum iste nec sibi constat, qui lib. 1 de bello, cap. 3, eosdem annos ad tricesimum usque tertium exaggerat. E contrario persistant ab Eusebii partibus, in hoc, inquam, chronico, Sulpius Severus, atque ipse Syncellus, qui tametsi in eo, quem laudamus in Graecis, loco, annos suppetit λ', 30, paulo tamen post, sive pag. 234, solis 26, profusus Hyrcanus dicit: ἵπαρχος τῶν Ιουδαίων ἐπὶ τοῦ στρατηγοῦ καὶ ἀρχοῦ. Ipse autem Eusebii alibi, sive demonstrat, evang. lib. VIII, cap. 12, et suis met rationibus dissidet, datque Hyrcano annos 29, quod et Hieronymus comment. in cap. IX Danielis facit. Atque haec sententia cum Ascorio aliquis doctis chronologis, tum nobis perplacet, qui initium Aristobuli in annum secundum olympiadis 168 conferendum sentimus, el suo loco inferior probabimus.

Col. 422. *Simon Iudeorum pontifex interficitur*. Recole superiorem annotationem. Parmensis ms. verba quā *victis Hyrcanis*, etc. ignorat:

ignorat et Scaliger, qui nonnullas ex his periodis suo proposito magis quam fidei mss. appetavit. Vide Sulpium Severum lib. II, c. 38. Et nos paulo post de illa expeditione contra Hyrcanos, ex qua sibi Hyrcani cognomentum promeruit, dicemos.

Col. 423. *Expulso de regno, etc.* Scaliger hanc pericopam plane tacet, contra mss. fidem. Schurzleischius notat, eam in primo Palat. ms. ut et Siehardi editione, ante annos duos recenseri: Et sane, inquit, hunc Ptolemoeum, quem adulatores Evergetem secundum vocabant, circa haec tempora, aut paulo post in Cyprum profugisse, bellumque patrie influisse, narrat Justinus lib. XXXVII, et Orosius lib. V, c. 40.

Col. 421. *Servi qui in Sicilia rebellabant*. Pertinet ad annum superioris proxime olymp. prium quod et priudem Scaliger annotavit, cos. P. Rupilio, cui tamen haud recte Nepotis cognomen attribuit. Eo gravius peccat in Graecis apud Syncellum, Goaritus, qui pro Ἀλεξανδρεῖ πάτερι, quo verbo et Diodorus in excerptis lib. XXXVII uult, legit Ἀλεξανδρεῖ πάτερι: remque plane aliam dicit ab historie veritate, id est, servos *metus se cedibus confecisse*, pro sua *invicem eadavera devorasse*, ut vere Hieronymus interpretatur. Vide, si libet, laudatum Diodori locum, et Orosium lib. V, c. 9.

Col. 422. *Juxta Εὐλίας, etc.* Hanc Scaliger pericopam subsequenti, quam huic anno illigat, ordine etiam postponit: laudatque Juli Obsequens locum, qui ad hunc quidem annum spectat, sed nullus insulae mari enata mentionem facit. Verba ejus sunt: *Εὖλα μονος τερρα μοτι ἰγνες συπερ βερτικε late diffudit, et ad insulam Liparas mare effervuit, et quibusdam aduersis navibus, evapo plerisque novales examinavit: πισινον vim magnam examinem dispersit, etc.* De insula Hierà diximus supra ad num. 1819, quem videsis.

Col. 421. *Arverni, nobilis Gallia urbs*. Multa Scaliger de Arvernorum civitate hue congerit, ut totam gentem eo nomine significari prohet, non, ut videtur Hieronymus accepisse, urbem menibus cinctam. Reversa nobilissimam civitatem, non urbem, dixit etiam Eutropius lib. IV, cap. 22, a quo noster sumpsit. Vide tamen glosarium Ducangii v. *castrum*, et *civitas*, ne hic longi simus. Sed et tempus quod pertinet, pecatum est prochronismo, non septennii quidem, aut sexennii, ut Scaliger putat, sed quinqueannii;